INCLYTAE

UNIVERSITATI LITERARUM

MONACHIENSI

CALENDIS AUGUSTIS A. MDCCCLXXII

QUARTA SAECULARIA

CELEBRANTI

GRATULANTUR

UNIVERSITATIS LITERARUM MARBURGENSIS

RECTOR ET SENATUS.

INSUNT ERNESTI RANKE CURIENSIA EVANGELII LUCANI FRAGMENTA LATINA
E MEMBRANIS ERUTA ATQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA,
QUIBUS ACCEDIT TABULA PHOTOGRAPHICA.

MARBURGI.
MDCCCLXXII.

Nonne poetarum vetus est et moesta querela,
quod vivat, prisco nequius esse genus?
„Peior avis aetas“, tristes cecinere, „parentum!
„ac peior nobis haec nova progenies!
„aurea praeterita est aetas, argentea fugit,
„ferrea abit, terret proxima pernicies.
„Vae natis, hominum vae serae posteritati!
„irruet in miseros rursus inane chaos.“
Ac sane nobis immensa pericla minari
orbique, infitias quis nisi caecus eat?
Sed vanos planctus iniustasque esse querelas,
ni docti essemus relligione sacra,
hic nos ipse dies, Ludovico-Maxmiliana,
quem tu concelebras, splendidus instrueret.
Ecce, quadringentos hodie quae perficis annos,
an turpi senio frigida comprimeris?
an nixa in baculo revocas fortasse priores
annos ac quereris: quis mihi reddet eos?
an desiderio forsan commota locorum,
aevo qui prisco te tenuere, gemis?
an curva cervice tremens ais: o melioris
frugis vos proavi, vos revenite mihi!

Rides, et recte. Qui scit componere saecla,
non dubitabit, ubi ferrum habeatur, ubi aes.
Quid, si rem iunctim perpendimus? adnue coepto,
sitque Philippinae litera grata tibi.

Nata Ingolstadii celebri narraris in urbe,
quam non haeserunt dicere Chrysopolin,
unde migravisti posthac Trausnitziam ad arcem,
subter quam vites crescere fama refert.
At neque Landshutum vinis insigne, nec auro
Chrysopolis, nisi eis utraque tu dederis:
aurum dico bonam studiorum strenuitatem,
vina operatorum praedico laetitias.
Cetera non paucis, concedo, et Danubianum
prominet illecebris oppidum et Isaricum,
contentosque satis vixisse audimus in illis
doctores olim discipulosque tuos.
Sed — quaenam urbs Monachî sese similaret honori,
quem fere in Europae finibus unicum habet?
Dic, quibus hic careas, oculos animosque tuorum
quae vel tollere humo vel recreare queant?
ut si quis plateas arcusque perambulat urbis
una hora, redeat doctior inde domum,
quam qui alibi ad noctem sudarit solis ab ortu
in perscrutandis rite voluminibus?
namque sacras aedes, regumque palatia larga,
Musarum sedes et monumenta videt,
marmora, picturas, portas statuasque nitentes,
quarum quaeque suas explicat historias.
Ipsa agilis viridisque suo vocat Isara cursu
stantes ad studium, voce silente, pigros.
Verum ubi quis fluvii reboantes ut catadupas
audiat ex urbis moenibus exierit,
aut ad spectandum se verterit inde Colossum,
quaenam praebetur visio grandis ei?
Conspicit admirans Alpina cacumina, ad Euri
campos a Zephyri littore disposita!
An coeli sunt fulcra ab humo surgentia? an arces
terrae, quae ventos oceanumque doment?
excelsa an patriae sunt propugnacula? — certo
spectatur nobis orbis in orbe novus!

in quem quando oculos mentemque infigimus, aura
    inde oculos mulcens ingeniumque fluit.
Et quam felices, qui montes vere pererrant,
    aut ad pastorum prata sequuntur aquas,
vel qui Septembri quaerunt in vallibus uvas,
    aut patulos tentant nave volante lacus!
quae quum cuncta habeas, hanc laudem des Ludovico,
    qui sedes propria fixit in urbe tuas.
Neve tuos cesses annos celebrare seniles,
    qui fortunatae tale tulere bonum,
quod nec habere tibi, neque vix sperare licebat,
    quo te possedit tempore Danubius.

Sed, siquidem placidas aures praebere sorori
    haud renegas, maius quod tibi dicam habeo.
In mentem revoco, tibi quae provectior aetas
    ceu messes animi munera contulerit.
Aevo quo nascebar ego, memor esne quibusnam
    omnis gens fuerit concita turbinibus?
Haud secus atque amni volvente fluenta fragosa
    Teutonia in partes dissita nostra fuit.
Illo in littore tu stabas, mea crevit in isto
    pubertas — ubi erat colloquium unanimum?
Vix, quae Celtiades Philomusus dulcia lusit,
    venti portarunt carmina in hocce latus.
aut quid Aventinus Boicorum gesta recludens
    cornu tunc nobis profuit altisono?
Imo inimica loquens stetit Eckius atque vibravit
    illinc in caros ignea tela meos.
Cui mox Jajus successit, mox Salmeron; in te
    mox Lojolitis splenduit alta domus.
Tristis velo caput: pandisti, quinque per annos,
    illi doctrinas hospitiumque viro,
quo magis infestum non unquam exhorruit hostem
    grex evangelii simplice amore flagrans,
cuius ab indomitis iris, quas illi aluerunt,
    post patriae clades horrida protumuit.
Quis foedos lapsus non deflet? Fundis et ipsa
    nobiscum lacrymas sollicitata soror.
Sed nova corda Deus nobis dedit, altior exstas,
    quam stabas ullo tempore Chrysopoli.

Iam quum prodieras Landhutum, nonne verendum
  Sailerum in sociis contigit esse tuis?
Tunc hominem grandem tibi cessimus, aio Savignum,
  cuius apud doctos nomen in aeva viget.
Verum ex quo Monachî resides, quam libera vadis,
  quam spirant auras pectora aperta leves!
Numinis observans decreta aeterna, recusas
  quod nocuo freno comprimit ingenium.
Quot te lumina collustrant! Collaudo tacendo
  de te viventes quae meruere viri.
Nec defunctorum nisi solam appello quadrigam,
  cuius perpetuo nomina Musa canet.
Quae Schellingius alta Dei mundique creati
  viderit audacter culmina, quis repetit?
Ut pauci, linguae reserata lege, poesin
  Hellados et mores Thierschius explicuit.
Naturaeque animaeque pius Schubertius ore
  dulcisono nobis condidit historiam.
Quî posses Monachî palmaribus ire sub umbris,
  traiecto docuit Martius Oceano.
Solam? Sed taceo. Liceat decerpere palmam
  atque tuae dextrae tradere, clara soror.
Qui cunctis praeest, palmarum praesul et orbis,
  incrementa tibi continuare velit!
Inque novo Imperio, patriae quod fecit, in altum
  det cunctis dextras tollere palmigeras!

FRAGMENTA

ANTIQUISSIMAE EVANGELII LUCANI VERSIONIS LATINAE

E MEMBRANIS CURIENSIBUS

EDITA ATQUE ADNOTATIONIBUS INSTRUCTA.

Pares et impares sumus: pares animo, quem solum illi [qui nobis benefecerunt] exigunt, quem nos solum promittimus; impares fortuna, quae si cui obstitit, quominus referret gratiam, non ideo illi tanquam victo erubescendum est. Non est turpe non consequi, dummodo sequaris.

SENECA.

Quod Virgilius in primo Georgicorum libro asserit *multum iuvare arva, qui glebas inertes rastris frangat cratesque vimineas trahat et qui terga, quae proscisso aequore suscitarit, verso aratro rursus in obliquum perrumpat,* id a poeta qui aliqua divinationis facultate praeditus fuisse fertur, hilariori acutiorique cuipiam inter nos interpreti de meritissimis nostri aevi viris, qui indagandae antiquitati tam profanae quam sacrae studentes artis criticae campos incolunt, significatum esse haud immerito videatur. neque vero eo consilio prolatum, ut agricolarum istorum eruditissimorum acuerentur studia viresque et nervi magis intenderentur, sed quo, quae vel perfecerunt vel perficiunt comprobarentur, atque eius quod susceperunt operis imago quaedam e rebus sensui subiectis hausta daretur efferreturque. Nam sive rerum gestarum causas ac seriem et fructus illi examinant, sive leges veterum moresque et sapientiam eruunt, sive scriptorum opera perpendunt, sive monumenta vel caelo vel calamo exarata legunt et explicant sive linguarum occultas rationes perquirunt, quaecunque singula earum rerum momenta ipsis offeruntur, veritatis enucleandae atque enarrandae ergo tali diligentia sollertia atque fide pertractant, quae neque eorum est, qui rastris terram domant, neque penes eos qui aratra sequuntur unquam invenitur; unde inter illa, quae ingeniorum opere producuntur farra, tam laeta tamque opulenta habentur, quorum *nec Mysia nec Gargara licet summo se cultu iactent* similem imaginem adspectui praebeant.

Quorum virorum illustria vestigia admirans ac pro viribus procul sequens ego, postquam nuper antiquitatis sacrae agellus aliquis satis angustis quidem finibus circumscriptus iure usucapionis mihi traditus fuerat, eius culturae quam possem optime inserviturus ut Virgilii verbis utar *iacto semine comminus illum insequi cumulosque male pinguis arenae ruere, deinde satis rivos inducere sulcisque herbam frumenti* quod aliis distribuerem *quaerere* decrevi. Dico membranas quae a B. Hidbero professore Bernensi aestimatissimo in episcopalibus quae Curiae sunt archivis thecae cuiusdam scriptoriae operculis adhaerentes repertae, intercedentibus viris clarissimis C. Kindio archivario Curiensi atque Ed. Riehmio, theol. apud Halenses professore, circa novissima nativitatis Christi sollemnia in manus meas transmissae sunt adiuncta ea rogatione, ut Studiis Crisibusque Heidelbergensibus criticam earum descriptionem insererem. Qua condicione lubentissime accepta in dissertatione cuius titulus est

Ein kleiner Italafund, tertio illorum annalium fasciculo nuperrime edito inserta, ea quae tum de originali libri ms. ad quem membranae istae quondam pertinuerunt, ambitu atque egregio pretio, tum de tempore quo codex scriptus esset constitui possent eruditis proposui. De quibus rebus quae statuerim ut vel uno verbo heic significem, primum quidem instituta simplici quaternionum quorum unus in membranis numero adscripto indicatus est computatione demonstravi, illum codicem inter eos fuisse, qui quatuor evangeliorum seriem ita compositam habebant, ut Matthaeum Ioannes, Ioannem Lucas, Lucam Marcus sequeretur; deinde facta comparatione codicum vetustissimorum Vercellensis, Veronensis, Brixiani, Palatini, tantam talemque ostendi inter membranas atque codicem Vercellensem, quem summae omnes antiquitati recte adscribunt, esse consonantiam, quae postulare videretur, ut aut membranas ex illo codice exscriptas esse, aut utrumque monumentum ex uno eodemque fonte antiquiore derivatum esse statueremus; denique considerata simplici characterum indole, modesta initialium conformatione, rarissima commatum interpunctione, quibus rebus accedit pergameni vetustissimus habitus, vocataque in medium insigni quae has inter membranas atque Weingartenses intercedit scriptionis affinitate mihi persuaderi testatus sum, Curiensem qui fuit olim codicem fere ineunte saeculo V. exaratum fuisse; unde facile sumendum esse asserui, eundem si tempus tulisset inter potissima antiquissimae evangeliorum versionis latinae documenta fuisse numerandum. Accedit quod ut aliquod certe textus specimen exhiberem duas membranarum columnas ibi imprimendas curavi, quibus reliquas omnes una cum textus accurata tractatione adiecissem, si per externam Studiorum Crisiumque formam, quae largarum tabularum quales ad exigendam textuum inter se comparationem flagitantur spatia non admittit, fieri licuisset. Quocirca lectoribus fidem dedi me quae praeterea explicanda viderentur, si quando commoda mihi occasio daretur, scribenda singulari dissertatione esse suppleturum.

Qua mihi nunc concessa quum nil mihi potius esse videretur, quam ut viris eruditis ipsum qualis in membranis scriptus esset textum (qui si quo felici aliarum membranarum repertu augeretur intime laetarer) quam accuratissime proponerem, tum facto typorum discrimine, quae in coniectura mea posita sunt, uncialibus quidem formis sed minutioribus distinxi, vocabula vero a priscis correctoribus vel si verbum admiseris intra lineas scripta, vel ad marginem suppleta minutissimis exprimenda curavi. Qua in re mihi non satisfaciens, quo certius id quod de scriptionis originalis vetustate iudicium tuli a viris palaeographiae gnaris ponderari posset, eius imaginem photographicam adieci a Guilielmo Risse Marburgensi viro artis suae experientissimo confectam.

Leguntur vero in membranis quae sequuntur.

PROPISCEMSERPEN
TEMILLIPORRIGET [12] AUT
SIPETIERITOUUMNU̅
QUIDPORRIGITILLISCOR
PIONEM [13] SIERGOUOS
CUMSITISMALISCITIS
DATABONADAREFILI
ISUESTRISQUANTOMA
GISPATERDECAELODA
BITBONADATAPETEN
TIBUSSE haeccumdixisset
[14] offerebantilliunumdaemoniacu̅
ETFACTUMESTCUMEI
CERETDAEMONIUM
ETILLUTFUITMUTUM
EICIENTEAUTEMILLO
MUTUMDAEMONI
UMOMNESTURBAE
STUPEBANT [15] QUIDAM
AUTEMEXILLISDIXE
RUNTINBEELZEBUL
PRINCIPEDADMONIO
RUMEICITDAEMO
·hd· [16]
NIAALIIAUTEMTEMP
TANTESSIGNUMQUAE

ILLEAUTEMRESPONDITETDIXIT
QUOMODOPOTESTSATANAS
SATANANEXPELLERE·
·hs·

Lc. XI, 11 — 16.

REBANTDECAeloab
[17] ILLOIPSEAUTEmsci
ENSCOGITATIones
ILLORUMDIXit
OMNEMREGnum
DIUISUMSUPerse
DESERETUREtdomus
SUPERDOMumca
DET [18] SIETSATAnassu
PERSATANANdiuisus
ESTQUOMODos
TABITREGNUmeius
QUONIAMDicitisin
BEELZEBULPRincipe
DAEMONIOrum
EICEREMEDAemo
NIA [19] QUODSIEgoin
BEELZEBULEiciofi
LIIUESTRIINQuoei
CIENTIDEOIPsiues
TRIIUDICESERunt
[20] SIAUTEMINDigitodī
EICIODAEMOniacer
TEANTICIPAUitinuos

Lc. XI, 16 — 20.

REGNUMDĪ·
21 CUMQUISFORTISET
ARMATUSTUEATUR
DOMUMSUAMINPA
CEERUNTFACULTATES
EIUS 22 QUODSIFORTIOR
NIE
EOSUPERUENSUI
CERITILLUMARMA
TURAMILLIUSTOLLIT
INQUACONFIDEBAT
ETSPOLIAILLIUSDIUI
DIT 23 QUINONEST
MECUMADUERSUS
MEESTETQUINON
COLLIGITMECUM
DISPARGIT
24 CUMIMMUNDUS
SP̄S·EXIERITDEHO
I
MINECRCUITPER
ARIDALOCAQUAE
AQUAMNONHA
BENTQUAERENSRE
QUIEMETNONIN
UENIENSDICITRE

Lc. XI, 20 — 24.

UERTARINDOMUM
MEAMUNDEEXIUI
25 ETCUMUENERITIN
UENITCOMMUN
DATAMETORNATAM
26 TUNCUADITETADSU
MITADHUCALIOSSEP
TEMSPIRITUSNEQUI
ORESSEETINTRANTES
INHABITANTETFIUNT
NOUISSIMAHOMI
NISILLIUSPEIORAPRIO
RUM· 27 FACTUMEST
AUTEMDUMDICE
RETHAECIPSELEUA
TAUOCEQUAEDAM
MULIERDIXITILLIBE
ATUSUENTERQUITE
PORTAUITETUBERA
QUAESUXISTI 28 QUIAIT
ILLISBEATIQUIAUDI
UNTUERBUMDĪ·ET
CUSTODIUNT
29 TURBAAUTEMCONUE

Lc. XI, 24 — 29.

16 ALLIGAUITSATANAS
ECCEIAM·XUIII·ANNIS
NONOPORTEBATSOL
UIAUINCULOHOCDIE
SABBATI
17 HAECDICENTEEOCON
FUNDEBANTUROM
NESQUIADUERSAN
TUREIETOMNISPOPU
LUSGAUDEBATINOM
NIBUSMIRIFICISQUAE
FIEBANTABILLO
18 DICEBATERGOCUISIMI
LEESTREGNUMDĪ·ET
CUIADSIMILABOILLUT
19 SIMILEESTGRANOSI
NAPISQUODACCEPTO
HOMOMISITINOR
TOSUOETCREUITETFAC
TAESTARBORETUOLU
CRESCAELIREQUIEUE
RUNTINRAMISEIUS
20 ETITERUMDIXIT
CUIESTSIMILEREGNU

DĒI·ETCUIADSIMILA
BOILLUT 21 SIMILEEST
ESTFERMENTOQUOD
ACCEPTUMMULIER
ABSCONDITINFARI
MENSURASTRES
NADONECFERMEN
TARETUR TOTUM
22 ETCIRCUIBATPERCIUI
TATESETUICOSDOCENS
ETITERFACIENSIN
HYEROSOLYMIS
23 DIXITAUTEMQUIDĀ
ILLIDME·SIPAUCISUNT
QUISALUIFUTURISUNT
QUIDIXITADILLOS 24 IN
TRATEPERANGUSTUM
OSTIUMQUONIAM
MULTIDICOUOBIS
QUAERENTNECPOTE
RINTINTROIRE
25 CUMAUTEMINTRA
UERITPATERFAMI
LIASETADCLUSERITOS
TIUMETINCIPIETIS
FORISSTAREDICEN

Lc. XIII, 16 — 20.

Lc. XIII, 20 — 25

TESDM̅E̅·APERINOBIS
ETRESPONDENSDI
CETNESCIOUOSUNDE
SITIS [26] TUNCINCIPIE
TISDICEREMANDU
CAUIMUSCORAM
TEETBIBIMUSETINPLA
TEISNOSTRISDOCUIS
TI[27]ETDICETUOBISNES
CIOUOSUNDESITISDIS
CEditEAMEOMNES
OPERARIIINIQUITA
TIS[28]ILLICERITFLETUSET OCULORU̅
stRIDORDENTIUM
cumuideritisaBRA
hametisacETIACOB
etomnesPROPHETAS
intROEUNTES
inregNUMDĪ·UOS
auteMPROICIFORIS
[29] EtueNIEntABORIE̅·
TEETOccidenteetAB
AQUiloneetaUSTRO
EtdisCUMbentin

Lc. XIII, 25 — 29.

REGNODĪ·[30]ETECCESUNT
NOUISSIMIQUIERUNT
PRIMIETSUNTPRIMI
QUIFUERUNTNOUIS
SIMI [31] EADEMDIE
ACCESSERUNTQUIDA̅·
PHARISAEORUMDI
·CENTESILLIDISCEDE
ETUADEHINCQUONI
AMHERODESUULT
TEOCCIDEREI[32]PSEAU
TEMDIXITEISEUNTES
INDICATEUULPIHUIC
ECCEEICIODAEMONIA
ETSANITATESPERFICIO
HODIEETCRASETDIE
TERTIACONSUMMOR
[33] SEDOPORTETMEHO
DIEETCRASETINFUTU
RUMQUONIAMNO̅·
OPORTETPROPHETA̅·
PERIREEXTRAHIERU
SALEM · [34] HIERUSA
LEMHIERUSALEM

Lc. XIII, 29 — 34.

Quem aliquarum evangelii Lucani pericoparum textum qui bene perspicere rectaeque aestimationi criticae subiicere voluerint, haud poterunt quin triplicem operam in se suscipiant. Nam primum, quoniam versionem locorum graece conceptorum exhibet, qua ille ratione ad textum originalem referatur, perquirant opus erit; altero loco, qua vel consonantia cum textibus reliquorum qui sunt antiquissimae versionis Novi Test. codicum excellat vel discrepantia ab illis recedat, e fontibus erit hauriendum; tertio loco, num quae eius vestigia apud patres latinos deprehendantur, scrutentur oportebit. Quas res quomodo tractandas equidem mihi sumpserim breviter indicabo.

Ac paucissimis quidem opus est verbis de conquirendis usurpandisque patrum citationibus: quas eadem, qua in illustrandis fragmentis Weingartensibus ac Wirceburgensibus usus sum ratione, vel ex utilissimo Sabaterii apparatu vel aliis ex fontibus hauriendas colligendasque censui.

Graecorum Novi Test. codicum vetustissimorum quum nostro tempore, quo praeter Alexandrinum et Cantabrigiensem non solum Parisiensem qui Ephraemi dicitur, sed Sinaiticum Londinensemque rescriptum e pretiosis Constantini de Tischendorf editionibus et Vaticanum quo longum per tempus carebamus nunc duobus ex libris altero Tischendorfiano, altero Romano legere possumus, larga nobis messis rideat, eos ipsos lubentissime adeundos atque excerpendos, quod reliquos attinet, variantes eorum lectiones e ditissimo, quem vir ille de textibus sacris unice meritus in octava Novi Test. maiori explicuit commentario seligendas existimavi.

Difficilior peractu erat opera in textibus latinorum codicum cum textu Curiensi conferendis posita. Satis audaci, fateor, animi impulsu suscepta, quod vel amicorum gratissimo officio vel liberali complurium virorum doctorum quibuscum nulla mihi antehac intercesserat necessitudo benevolentiae debeo, haud infelici imo faustissimo eventu est coronata. Nam codices antiquissimam Novi Test. versionem latinam continentes quum excepto Palatino recentiori tempore a nemine sint tractati isque ipse liber, cui rite summa auctoritas tribuitur, Blanchinianam dico codicum Vercellensis, Veronensis, Brixiani, Corbeiensium editionem, non tam fidei quopiam defectu, quam eo maxime laboret, quod priscam vel scribendi vel interpungendi rationem identidem cum recentiori commutatam exhibere solet, mihi in votis erat ad illustranda fragmenta Curiensia recentes eorum accuratasque assequi collationes. Quibus ut potirer viri honoratissimi quorum nomina suo quodque loco infra efferentur vel auctores vel adiutores mihi exstiterunt. Quod ut susciperem praeter hanc specialem disserendi occasionem alia meditatione paullo universaliori me commotum esse profiteor. Etenim si quis inter nos invenitur, qui doctrinae, constantiae viriumque iuvenilium atque otii satis magnam copiam in sese esse sentiat, qua immensum Sabaterii opus nostro aevo non tam denuo edat, quam recudat atque continuet, eum, quod ad evangelia quidem Novi Testamenti pertinet, brevem narrationem de continuata eorum codicum manuscriptorum, qui istos evangelii Lucae locos in se comprehendunt, existentia ac de praesente eorum conditione non sine quopiam fructu similive laetitia, qua quis de bona valetudine amici longinque commorantis et diuturnum periculosumque per tempus a se non revisi nuntium accipit, percepturum esse spero.

Primum benigna liberalique intercessione excellentis viri Alfredi de Reumont, qui ceu alteram patriam Italiam colit atque novit, mihi datum donatumque est, ut tres viri doctissimi Italici invenirentur, qui pro adiuvanda re mea codices nominatissimos Vercellensem, Veronensem et Brixianum singuli singulum adirent criticamque illorum quos dixi locorum collationem mihi conficerent. Qui qua doctrinae copia instructi qualique erga me indulgentia facilitate obsequio usi sint, ex gratissimis quas de codicibus perquisitis mihi scripserunt literis, quarum aliquas partes heic allegandas existimavi, lector benevole, ipse intelliges.

Vir summe reverendus Antonius Lodrini, Capitulari quae *Brixiae* est bibliothecae praefectus, iis quae de prisco evangeliorum codice illic asservato (saec. VI) factaque eius collatione mecum communicavit, gravissimum de meritissimo eius editore Iosepho Blanchino Veronensi iudicium praemisit. *Il Bianchini,* inquit, *fu esattissimo, e non ponno attribuirsi a sua colpa le lievissime mende che riscontrai, notate da me più per accertare la mia diligenza, e per esser testimonio del lavoro assai ben fatto dal medesimo, che per il bisogno reale di emenda. Se mi è lecito il dire una parola intorno all' esatezza del Bianchini nel riportare l'Evangeliario Bresciano . . . io avrei dopo i punti lasciate minuscole quelle lettere che nell' originale non sono majuscole, e giacchè con tanto lusso ci ha dato i Codici Veronese, Vercelliano, e altri, avrei desiderato che nel darci il Bresciano in appendice avesse indicato il principio e la fine d'ogni pagina, e fosse andato a capo ogni volta che l'originale medesimo andandovi, anticipa di una o due lettere le altre linee, e ciò molto più quando indicava il N°. la lezione, per non lasciare incerti del principio cui furono preposti, e che avesse fatte majuscole quelle lettere soltanto che sono così nell' originale. Però è riportato così bene, che pochi lo fanno con eguale merito, e credo che con maggiore forse nessuno... Il*

Codice non ha veruno ornato o miniatura. Nelle prime facciate 68. ha un rozzo ornamento parte aureo parte argenteo d'un arco con due colonne, e una corda sotto l'arco . . . I caratteri, una parte che sono poche linee ex. gr. le prime tre d'ogni Vangelo, e altre pochissime sono fatti con mica aurea, tuttora bellissima, un altra piccolissima parte in nero comune, ma quasi tutto il libro in mica argentea parte ancora bella, parte che sente l'età, e in alcune pagine notabilmente deperita, specialmente nel Canone... Il facsimile aggiunto [Blanch. Evangeliar. quadrupl. II] dopo la pag. 588 ha d'oro le prime tre linee, le altre due sono nere, e così tutta la pagina cioè altre 15 linee. Forse era una preparazione per indorarle, ma restarono nere. Tutte l'altre pagine sono poi argentee.

Ignatius Zenti vir summe colendus, bibliothecae communalis *Veronensis* praefectus, pro gratissima qua excellit humanitate non satis fore arbitratus, si argentei evangeliorum codicis, qui insigne bibliothecae Capitularis Veronensis ornamentum est (saec. IV vel V), lectiones variantes excerperet et notaret, totum locorum contextum ex illo mihi exscripsit. Cuius rei quae causa fuerit ipse his verbis mihi aperuit. *Avuto*, inquit, *fra le mani, per gentilezza Monsr. Canonico Giuliani Bibliotecario della Capitolare, il prezioso codice, e rinvenuto il primo passo da collazionare, trovai con mia grande sorprèsa che la divisione delle linee riportata dal Bianchini non corrispondeva punto con quella dell' originale. Sicchè presi meco consiglio fosse più opportuno di trascrivere i due passi desiderati di quello. che eseguirne la correzione sopra il di Lei apografo. — Se peraltro non fu per niente esatto il Bianchini nel conservare la divisione delle linee, fu peraltro oculatissimo nel rilevarne esattamente il testo; nel quale, comechè il carattere d'argento con che fu scritto il codice sia quasi affatto smarrito; pure per quanto mi fu dato da riscontrare per via dell' impressione lasciatavi da esso carattere, non potei trovare alcuna variante di considerazione. Volendo io nel trascrivere attenermi scrupolosamente al codice, ho tralasciata, la spaziatura tra l'una parola e l'altra, et in qualche tratto ho punteggiata la linea dove mancava od era così corrosa la pergamena da non poter rilevarne in alcun modo lo scritto; e così ho fatto per la interpunzione, seguandovi solo quella che a grande fatica ho potuto rilevare.*

Quos de praesente statu codicis evangeliorum *Vercellensis* (saec. IV) duobus viris aestimatissimis et maxime officiosis debeo nuntios, illustri comiti Eduardo de Mella atque clarissimo Bernardino Peyroni, quibus ut illum reviserent, pro egregia in me benevolentia sua Carolus Promisius celeberrimus professor Taurinas auctor fuit, ab omnibus qui eius bonitatem venerandamque antiquitatem noverunt, haud dubito quin quum audiverint moleste, imo aegerrime ferantur.

Comes de Mella *sgraziatamente*, inquit, *quanto Ella richiede è nella natura degl' impossibili attese le tristissime condizioni in cui trovasi il codice Eusebiano, il quale rilegato da me in velluto per commissione speciale del Capitolo, fu sigillato (aperto) e così riposto fra le reliquie; ma prima che mi fosse commesso stava esposto in uno scaffale della Sagrestia continuamente aperto, quindi gradita occupazione a sfogliarlo a' chierici ed inservienti che non sapevano come occupare meglio le ore del loro servizio di Sagrestia. Non è che i sigilli apposti col dovuto permesso non si possano rompere e rimetterli, come già si è fatto recentemente pel P. Vercellone, che era in pari circostanze di consultare quell' Evangeliario, ma senza frutto, non essendo più leggibili i caratteri, ed appena bastevoli ad indicarne le forme grafiche. Oltre ciò molti fogli mancano, segnatamente in fin del volume, come ebbi campo a verificare io stesso, quando occupandomene, rilevai il disegno di una delle coperte, perchè l'altra parte pare che sia stata tolta.*

Bernardinus Peyron, cuius summum fuit in perficienda locorum critica collatione studium, quod quo rependam praeter vivissimos grati animi sensus non habeo, Vercellis, quam in urbem Taurino operae perpetrandae ergo sese contulerat VI. die Apr. haec scripsit: *Potei consultare ieri ed oggi nelle ore antimeridiane il manoscritto in séguito a speciale autorizzazione dell' arcivescovo, il quale permise, che fosse tratto fuori della cassa d'argento, ov' è riposto, e che fossero rotti i sigilli, i quali impediscono, che ne sieno volti i fogli. Debbo anche ringraziare il Rev. Canonico Barberis, che astretto per dovere ad una continua assistenza in una sala molto fredda, e ad una rigorosa sorveglianza, compì il suo officio con grande sofferenza, e con isquisita cortesia, malgrado l'età avanzata, e la salute cagionevole. Il prezioso manoscritto (già restaurato da Berengario) è ora miseramente lacero e guasto, assai più, che non lo fosse ai tempi del Bianchini e dell' Irico, i quali lo copiarono e lo pubblicarono. La maggior difficoltà da me incontrata e il maggior tempo impiegato si fu nel trovare i due brani, di cui si chiedeva un confronto, in mezzo a tanti frammenti di membrane rattopate con carta moderna, fra tanti foglietti intromessi a riparo, difficoltà resa maggiore dalla massima cura, con cui era necessario svolgere ogni foglio, che ad ogni*

tocco meno delicato può andare maggiormente in rovina. Noto qui ad ogni buon fine per quanto possa succedere per l'avvenire, che il Capo XI, v. 11 si trova nel codice a pag. 420; ed il capo XIII, v. 16 a pag. 436. Le pagine son numerate modernamente. Confrontai il testo coll' edizione del Bianchini sopra un esemplare del Capitolo, consultando anche l'edizione dell' Irico, di cui il Capitolo possiede pur un esemplare. Le cinque linee del verso 11 Cap. XI sono ora talmente svanite, che non mi è possibile il decidere, se si debba leggere col Bianchini p r o p i s c e, o coll' Irico p r o p i s c e m. . . . La carta ove sta il verso 16 del cap. XIII è nel mezzo talmente rosa, che non si hanno omai più, che i margini, i quali formano una specie di cornice quadra. La pagina 437 del codice contiene tutto il brano del facsimile del Bianchini a pag. 588. Tranne due sole linee, che non so perchè svanirono, e sono le linee 20. 21 q u o n i a m m u l / t i d i c o v o b i s, tutto il resto è chiarissimo e ben conservato, cosicchè potei confrontare tutto questo brano, e l' ho fatto colla massima diligenza. Non ho trovato altro che una piccolissima varietà ortografica; ossia dopo la parola CORA̅ *(col. 2ª linea 17) sotto il tratto indicante la mancanza della lettera* M, *ci vuole un punto così* CORA̅· . . . *Avrei desiderato notare quali siano i passi che più non si posson leggere, ma mi mancò il tempo. Un lavoro più minuto non si può fare, che da colui, il quale abbia facoltà di maneggiar il codice liberamente e a suo bell' agio. Locchè non sara concesso, credo, a nessuno, poichè l'autografo di S. Eusebio venne collocato fra le reliquie.*

Unde denuo perspicitur maximi aestimandas esse illas codicis editiones factas eo tempore, quo tum liberior quam nunc ad eum perlustrandum doctis hominibus aditus patebat tum plura etiam inde hauriri poterant, summeque laudandum fore reverendum dioeceseos Vercellensis archiepiscopum si quando pro literarum sacrarum studio promovendo cuipiam viro artem criticam edocto volvendi revolvendique egregii illius monumenti plenam ac commodam potestatem concesserit.

Alia est condicio codicum *Vindobonensis* (saec. V vel VI) et *Monacensis* (saec. VI) qui quamvis prisco aevo ita fuerint dilacerati, ut non amplius libros integros, sed librorum fragmenta exhiberent, ille Lucani Marcinique, hic omnium quae sunt evangeliorum, inde a longo iam tempore securum in bibliothecis publicis refugium nacti sunt. Illum ante hos octogiuta annos a Francisco Carolo Alter descriptum atque editum, quod ad locos illos ev. Lucani attinet, Guilielmus Hartel, nominatissimus Cypriani operum editor, professor Vindobonensis, meos in usus benevole contulit; hunc, quandoquidem codicis editio, quam Constantinus de Tischendorf sese publicaturum esse pollicitus est, nondum apparuit, Guilielmus Meyer, doctissimus apud publicum quod Monachii est gymnasium praeceptor, cui Carolus Halm meritissimus professor Monacensis publicaeque quae ibidem est bibliothecae summus praefectus pro comprobata qua excellit humanitate auctor fuerat, gratissimo officio criticae collationi subiecit.

Codicis *Redigerani* (saec. VII), qui celebre bibliothecae communalis Vratislaviensis ornamentum est, accuratam editionem Haasianam ut cum ipso manuscripto conferre possem per egregiam senatus politici Vratislaviensis, cui Carolus Fickert, summe colendus gymnasii Elisabetani director, suasor fuerat, liberalitatem felicissime mihi evenit.

Quod maximi aestimandum non solum ego censeo, sed quicumque haec legent, mecum censebunt, codicem *Colbertinum*, cuius textum ante hos centum triginta et quod excurrit annos Petrus Sabaterius in celebri Bibliorum opere edidit, rogatu meo vir doctissimus Paulus Meyer Parisiensis, conspicui illius collegii sodalis, quod asservandis publicis Francogalliae tabulis chartisque vetustate insignibus praeest, quandoquidem liber non eodem nunc, quo Sabaterii aetate instructus erat, numero insignitur, operosa catalogorum perquisitione instituta reperit repertique eos locos quorum examinationem criticam petieram solita subtilitate adhibita contulit. Qua in quaestione quae in literis benevole mihi redditis de codicis aetate scripsit, gratissima venerunt. *Le ms. en question,* ait, *est actuellement le nº 254 du fonds latin. Bien que le catalogue imprimé l'attribue au XIIIᵉ s., je crois qu'ici, comme en maint autre cas le catalogue a rajeuni le ms., qui me semble plutôt du XIIᵉ; opinion que me confirme Mr. Delisle.* Propius enim ea, quam quae catalogi auctores constituenda existimaverunt, ab iis absunt, quae circa a. 1740 Sabaterius docuit, probatissimae quidem notae codicem illum esse, non tamen remotissimae antiquitatis, siquidem vix illi septingenti anni viderentur concedendi. Nec minus comprobanda videbantur quae vir doctissimus de rectitudine editionis Sabaterianae atque de interpunctionis genere in codice obvio rescripsit. *Vous voyez,* inquit, *que les corrections sont peu nombreuses. Quant à la ponctuation elle n'a naturellement qu' une bien faible importance. Elle se compose de points (.), de points surmontés d'un accent oblique (.⁄) et de points d'interrogation, qui seuls paraissent employés avec un certain discernement (?) — Il n'y a d'alinéas qu' aux endroits où . . . commence une leçon nouvelle.* Quae omnia ut a typothetis in paranda hac locorum editione observarentur curavi. Verum haud minori laetitia aliis viri eruditissimi literis affectus sum, quae alius codicis ms. uti videtur

multo excellentioris fata spectabant. Nam seriem mihi documentorum criticorum, quibus Blanchinus et Sabaterius praeter eos quos nominavi codices ad exigenda opera sua clarissima usi sunt, perlustranti non exiguae quidem dignitatis esse videbantur vel cod. Corbeiensis 21. [saec. VIII] vel cod. Sangermanensis [eiusdem ut videtur aetatis], ex quibus Ioannes Martianay antiquum ev. Matthaei textum latinum a. 1695 ediderat, quem suo tempore Blanchinus repetiit, vel cod. S. Gatiani [saec. VIII], vel cod. Majoris Monasterii [saec. X], quorum lectiones variantes Blanchinus ad inferiorem Ev. Quadruplicis marginem proposuit, vel cod. S. Martini [saec. VIII] vel cod. quidam absque nota numerica, quorum Sabaterius in praefatione tertii Bibliorum tomi mentionem fecit; qua in aestimatione eo magis perstabam, quod Augustinum Calmetum codices S. Gatiani et Majoris Monasterii una cum cod. *Corbeiensi 195* in appendice commentarii in Apocalypsin edidisse acceperam; sed inter istos omnes eum quem ultimo loco protuli tum venerandae aetatis causa, quandoquidem VI saeculo adscribitur, tum propter bonam textus naturam ita excellere animadvertebam, ut, si fieri posset, adhibendi illius ad illustranda fragmenta Curiensia maxima mihi inesset cupiditas. Literis igitur datis e viro honestissimo sciscitatus, num illius in Bibliotheca Nationali adhuc vestigia deprehenderentur, simul ex eo petii, ut si codex etiam existeret benevole quendam locorum de quibus agebatur textum, quem ex notis Sabaterii ipse composueram, secundum librum ms. corrigere vellet. Qui quum paucos post dies mihi rescriberet: *Quant à la collation que vous m'avez demandée, je n'ai aucun moyen de déterminer le ms. Corbie 195 dont vous parlez. M. Delisle m'a mis entre les mains un fort ancien ms. en onciales (VIIe s. au moins), qui vient de Corbie et porte actuellement le n° fonds latin 17225. Est-ce le 195 de Sabatier? . . . Si cela peut servir à l'identification, je dois vous dire que ce ms. commence à s. Mathieu XVI: Est pueris sedentibus | in foro* [Mt. X, 16], laetitia qualem vix sperare potueram perfusus sum. Nam quae ultimo loco posita legi, ea cum Sabateriana libri vetusti descriptione, secundum quam „perantiquus ille codex ante annos mille et amplius literis uncialibus exaratus, verum pluribus sui partibus truncatus" et quidem evangelii primi totis undecim prioribus capitibus privatus esse dicitur [cf. Bibl. III, praef. xxxv] ita convenerunt, ut dubitare vix possem, quin idem de quo quaesiveram codex inventus esset. Mora haud admissa postquam virum clarissimum de reliquis quas Sabaterius in cod. 195 animadverterat lacunis certiorem feceram, inter quas defectus locorum Luc. 9, 49 — 10, 22 et 11, 44 — 12, 7 cernitur, ille mihi rescripsit: *La coïncidence que vous avez constatée quant au début du ms. suffit à constater son identité avec le ms. signalé par Sabatier. Cependant j'ai vérifié deux lacunes, qui doivent suffire à lever tous les doutes: 1° entre les fol. 116 et 117: eum qui me misit — scripta sunt in caelo in ipsa [Lc. IX, 48 — X, 20. 21]; 2° entre les fol. 120 et 121: respondens autem — (oblivio)ne coram dmo sed [Lc. XI, 45 — XII, 6. 7].* Quibus signis deprehensis vir summe honorandus criticam locorum collationem a me expetitam usque ad finem exegit, quo officio liberali perfunctus hanc meam, qualiscunque est, versionis antiquissimae illustrationem ita promovit, ut ad maximas gratias ipsi habendas me obligaverit.

Iam vero varios, quos assecutus sum locorum textus in tabulis binas paginas coniugantibus ordine qui utilissimus videbatur dispositos et variis adnotationum mearum generibus illustratos quaeso perlustres. Textibus proxime appositum genus est diplomaticarum. Infra quas trinas vides criticarum species, unam (A) quae ad codices graecos, alteram (B) quae ad latinos refertur, tertiam (C) quae Patrum testimonia colligit. Hic illic grammaticas adnotationes criticis insertas invenies, sed propter exiguum fragmentorum Curiensium ambitum admodum paucas, quarum singularem aliquam classem constituere vix modestum mihi videbatur.

ADNOTATIONES DIPLOMATICAE CRITICAE AC GRAMMATICAE.

Siglorum ex octava Novi Testamenti ed. Tischendorfiana haustorum recensus.

ℵ cod. Sinait. Petrop. saec. IV med.
A c. Alex. Lond. s. V.
B c. Vatic. Rom. s. IV.
C c. Ephraemi palimps. Par. s. V.
D c. Bezae Cantabr. s. VI.
E c. Basil. s. VIII.
F c. Boreeli Rheno-Traj. s. IX.
G c. Seidelii Lond. s. IX—X.
H c. Seidelii Hamb. s. IX—X.
K c. Cyprius Par. s. IX.
L c. Par. s. VIII.
M c. des Camps Par. s. IX.
R c. Nitr. palimps. Lond. s. VI.
S c. Vat. Rom. a. 949.
T c. Borgian. Rom. s. V.
$T^{\text{woid.}}$ fol. eiusd. a Woidio collatum.
U c. Nan. Venet. s. X.
V c. Mosq. c. IX.
X c. Landish. Monac. s. IX— X.
Γ c. Oxon. et Petrop. s. IX.
Δ c. Sangall. s. IX.
Λ c. Oxon. s. IX.
Ξ c. Lond. s. VIII. [*Ξ*, similiore enim siglo carebamus.]
Π c. Petrop. c. IX.

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
11 ... *αντι ιχθυοσ*	11 ... pro piscem	11 ... pro piscem	11 ... pro piscem|	. . . . .	11 ... pro pisce·	11 ... pro pisce ser=
οφιν αυτω επιδω-	serrentem illi por=	serpen . . m illi	serpentem | porri=	. . . . .	serpentem dabit	pente̅ dabit illi
σει 12 *η και αιτη-*	riget 12 aut si pe=	por . . . . . si pe . .	git ei | 12 aut si pe=	. . . . .	illi· 12 Aut si petie=	12 aut si petierit
σει ωον επιδωσει	tierit ouum nu̅	. . . . .	tie|rit ouum *num*|	. . . . .	rit ouum· numquid	ouum numquid
αυτω σκορπιον	quid porrigit illi	. . . . .	quid scorpio|nem	. . . . .	dabit illi scorpio=	porrigit ei scor=
13 *ει ουν υμεισ*	scorpionem 13 si	. . . . .	porri|git illi 13 si	. . . . .	nem 13 Si ergo uos	pionem 13 si ergo
πονηροι υπαρχον-	ergo uos cum sitis	. . . . .	ergo| uos cum si|tis	. . . . .	cum sitis mali	cum sitis mali
τεσ οιδατε δομα-	mali scitis data	. . . . .	mali no|stis bonos	. . . . .	nostis bona data	nostis bona data
τα αγαθα διδοναι	bona dare filiis	. . . . .	da|tos dare ues|tris	. . . . .	dare filiis vestris·	dare filiis uestris
τοισ τεκνοισ υμῶν	uestris quanto ma=	. . . . .	filiis quan|to ma=	. . . . .	quanto magis pa=	quanto magis pa=
ποσω μαλλον ο	gis pater de caelo	. . . . .	gis pa|ter uester	. . . . .	ter de caelo dabit	ter uester dabit
πατηρ ο εξ ου-	dabit bona data	. . . . .	de caelo da|bit bo=	. . . . .	spm scm petenti=	bonum datum pe=
ρανου δωσει π̅ν̅α̅	petentibus se haec cum dixisset offerebant	. . . . .	num da|tum peten|=	. . . . .		
αγιον τοισ αιτου-	illi unum daemoniacu̅	. . . . .		. . . . .		

Cod. Vatic. Editionem codicis Vatic. Romanam, cuius exemplari Marburgenses adhuc carent, cum ed. Tischendorfiana in versibus Luc. XI, 11—29 prorsus consentire Augustus Wiesinger spectabilis professor Gottingensis collatione instituta gratissimis literis mihi datis testatus est.

Fragm. Cur. Quae minutioribus typis expressa vides, a prisca quadam manu vel intra lineas vel ad marginem adscripta sunt. v. 11 *serrentem* non *serpentem* a notario scriptum esse, de qua re maxime miratus sum, photographica membranae effigie multo clarius quam ipsa membrana proditum est. Verum hic vetustam quandam vocabuli conformationem nobis esse traditam, quum ipse Vercellensis habeat *serpentem,* nisi quando alia illius formae vestigia deprehensa fuerint, suspicari vix ausim.

Cod. Vercell. v. 11. Teste Bernard. Peyrone Iricus non *pisce,* quod Blanchinus exhibet, sed *piscem* edidit. Quam formam irregularem vir ille doctus, nisi certis illius vestigiis in ms. repertis, haud, puto, edidisset.

Cod. Veron. Literas syllabasque obliquis typis expressas teste Ignatio Zentio in vetusto codice non amplius apparere scias. Ceterum quo lectores de singulari quam idem vir doctus supra indicavit versuum divisione instruerentur, in hac prima adnotationum pagina eorum extensionem obelis verticalibus adhibitis significandam curavi. In sequentibus, quoniam heic de textu ad modum codicis edendo non agitur, omisi.

Cod. Brix. Quod ad constituendam codicis aetatem facit, multa maiorem in eo signorum interpunctionis copiam, quam quae in antiquissimis codicibus est, inveniri vides. Quae quum e simplicibus punctis constant, v. 13 duplex quoddam deprehenditur.

Cod. Vindob. Diligentissima ista Guilielmi Hartelii collatione codicis editio a Francisco Carolo Altero in Pauli Novo Repertorio 1791 atque in eiusdem Memorabilibus 1795 publicata compluribus in locis emendatur. Perperam enim Alterus legit v. 13: *nositis,* v. 17: *cogitationem,* v. 18: *principe,* v. 19: *beelzebub.*

(A) **11.** *B* cui adstipulantur *DL* legit *αυτω επιδωσει.* Haec vocabula *ℵACR* inter se traiiciunt. ad quos in hac quidem re teste Tisch. tum alii codd. unciales tum Dial. contra Marcion., Orig. et Epiph^{marc} accedunt.

12. *η και αιτησει BℵL*; *αν αιτησει A*; *εαν ωον αιτ ... R*; *και εαν αιτησι,* ceterum membris transpositis, *C*; *εαν δε και ωον αιτησει D* | *αιτηση EFGMSUVXΠ* aliique plurimi. | *μη* omittunt *BL*, habent longe plurimi, e quibus praeter *ℵACDR* sec. Tisch. appello ***ΧΓΔΛΠ.*** | *επιδωσει αυτω σκορπιον* omnes, etiam Dial. | *σκορπιον αυτω επειδωσει D.*

13. *υπαρχοντεσ* praeter *ABCRL* alii plurimi *EFGHSUVΓΔΛ* Antioch. etc.; *ℵD οντεσ,* quod etiam *KMXΠ* aliosque plures ac Dial. Epiph^{marc} Epiph Cyr habere Tisch. testatur. | *δοματα αγαθα* praeter *BℵACDRL* sec. Tisch. ***ΧΓΔΛΠ*** aliique longe plurimi Dial Epiph Cyr Antioch | *αγαθα δομ.* Clem Orig. | *ο πατηρ BℵADRL* ac praeter eos ***ΧΓΔΛΠ*** aliique longe plur.; *ο πατηρ υμων C* et sec. Tisch. *U* aliique codd. fere 20. Epiph^{marc} Cyr. | *ο εξ ουρανου BℵACDRL* (qui scribit *εξ ουουνου,* omisso altero *ο*), quibus Tisch. addit X 33 et Antiochum. | *ο επουρανιοσ* Epiph. *ο ουρανιοσ* Cyr. | *πνευμα αγιον BℵACR.* An haud plures inveniuntur testes graeci? *L* habet *πνευμα αγαθον* et *D αγαθον δομα.*

(B) **11.** *piscem* Cur. Verc. Veron. Corb., reliqui omnes *pisce.* | Cur. *illi porriget,* Verc. *illi por....,* Cantabr. *ei dabit,* Colb. *illi porrigis;* reliqui vocabula traiiciunt, et quidem eo discrimine, ut Veron. *porrigit ei,* Brix. Vindob. Corb. Monac. Redig. habeant *dabit illi.* Si exceperis Colb., antiquissimi latini antiquissimos graecos sequuntur.

12. *Aut si petierit ouum* omnes habent (Colb. *Aut si ouum petierit*) exceptis Cantabr. qui praebet *et si ovum petierit* et Sangallensi qui particulis duplicatis habet *aut et si petierit ouu̅.* Heic igitur latini codd. maxime codici graeco *C* respondent. | *numquid porrigit,* quo illa codicum *BL* lectio *επιδωσει* simplicissime redditur, in omnibus qui locum exprimunt codicibus habetur. | *porrigit illi* Cur. Veron. Corb. Vulg., *porrigit ei* Vindob. Redig., *porriget illi* Mon. Sangall., *dabit illi* Brix., *ei dabit* Cantabr.; cod. Colbertinus qui heic extra omnes positus est liberius graecum interpretatur *numquid (scorpionem) tradis?*

13. *sitis* excepto Sangallensi, cuius autor nesciisse videtur, quid *υπαρχοντες* sibi vellet, ab omnibus habetur. Quod quum haud minus vocabulo *υπαρχοντες,* quam *οντες* respondeat, quid primi interpretes legerint inde concludi nequit. | *data bona* quae interpretatio graecae lectioni optime commendatae respondet mirum est nonnisi a paucissimis latinis Cur. et Sangall. haberi; nam Brix. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Colb. et Vulg. praebent *bona data.* Quasi arbiter inter litigantes exstat Redigeranus *(bona).* Verum quem grammaticum secutus sit Veronensis, qui *δοματα αγαθα* per *bonos datos* reddit, id quidem mihi adhuc est in occulto. | simplex *pater* quod lectioni graecae ab optimis plurimisque testibus confirmatae respondet, nonnisi in Cur. Brix. Cantabr. et Sangall. obvium est.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Amt.
11 ... quid pro pisce serpentem dabit illi. 12 Aut si petierit ouum numquid porriget illi scorpionem 13 Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris. quanto magis pater uester de celo dabit spm scm petentibus se ...	11 ... pro pisce serpentem ei dabit 12 et si ouum petierit numquid scorpionem ei dabit 13 si ergo uos cum sitis iniqui scitis data bona dare filis uestris quanto magis pater de caelo dabit bonum datum petentibus eum haec autem dicente eo offertur illi daemonio-	11 ... pro piscem serpentem dabit illi. 12 aut si petieris ouum. numquid porrigit illi scorpionem. 13 si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester de caelo dabit bonum datum petentibus	11 ... pro piscem serpentem dabit illi. 12 aut si petierit ouu̅ | numquid scorpionem porrigit ei. 13 Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona dare filiis uestris. quanto magis pa(a)ter uester caelestis dabit bonum datu̅ | petentibus se.	11 ... pro pisce serpente̅ dabit illi. 12 aut et si petierit ouu̅ nunq'd porriget illi scorpione̅. 13 si ergo uos ...... nostis data bona dare filiis uris quanto magis pat̅ de caelo dabit spm bonu̅ uel scm petentibus se	11 ... pro pisce serpentem illi porrigis? 12 Aut si ouum petierit. nu̅q'd scorpionem tradis? 13 Si ergo vos cum sitis mali. scitis bona data dare filiis vestris. quanto magis pater vester de cęlo dabit bonum datum petentibus se?	11 ... pro pisce serpentem dabit illi 12 aut si petierit ouum numquid porrigit illi scorpionem 13 si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se

Cod. Monac. Isto in codice, ubi a maiore quodam commate ad aliud comma maius transitur, scriba haud simplici puncto, sed duplici triplicive ita hic illic usus est, ut puncta vel virgularum forma instrueret, vel unum ex illis in lineae horizontalis figuram extenderet.
Cod. Cantabr. Textum codicis e Thomae Kiplingi editione Cantabr. 1793; Palatini e Tischendorfiana Lips. 1847 repetii.
Cod. Corb. Editionem codieis Calmetianam ut viderem mihi non contigit. Quae Blanchinus et Sabaterius, ille ad marginem Ev. Quadr., hic in criticis Bibliorum adnotationibus, uterque Calmeto posterior, e codice citaverunt, haud satis accurate edita esse, sequentia demonstrabunt: v. 12 Sab. legit: *porriget,* codex *porrigit,* v. 14 Sab. *ejecisset,* cod. *eicisset,* v. 15 Blanch. et Sab. *Belfebul,* cod. *belzebul,* v. 15 Sab. *eiicit daemonia,* cod. *demonia eicit.*
Cod. Rediger. In reproducendo codicis textu legem mihi scripsi ut ab iis, quae a manu sera insertae sunt, interpunctionis correctionibus abstinerem, textus vero emendationes, vel manu epanorthotae vel alius hominis cuius aetas ad codicis originem accedere visa est ratione critica insertas exhiberem. v. 13: *a* epanorthotae videtur.
Cod. Sangall. In his codicis editionem Rettigianam ad ipsius libri ms. similitudinem delineatam Tur. 1836 secutus sum. Quae in v. 13 est lacuna inde explicatur, quod verba πονηϱοι υπαϱχοντες ab interprete non sunt latine reddita. In eod. v. textus graecus, ad quem latinus refertur, nonnisi habet πνα αγιον. v. 14: και ab interprete non translatum est.
Cod. Colb. Hanc codicis collationem eo cum textu, quem Sabaterius exhibet, si comparaveris sicuti exspectaveris nonnisi variantem scribendi rationem deprehendes, cuius exempla potiora haec sunt: v. 14: Sab. *daemoniacum,* cod. *demoniacum;* Sab. *ejecisset,* cod. *eicisset;* v. 16: Sab. *tentantes,* cod. *teptantes.*
Vulg. novae cod. Amiat. Textum Amiatinum, si a variante scribendi methodo oculos averteris, in plurimis a Sixtina editione conservatum vides. Haec ab illo nonnisi in his recedit: v. 13 habet *porriget,* cod. *porrigit;* v. 15: *Beelzebub,* cod. *belzebub; principe,* cod. *principem.*

(B) . . . Veron. Vindob. Monac. Redig. Corb. Colb. et Vulg. lectionem graecam *ο πατηϱ υμων,* cuius testes rariores sunt, sequuntur. | *de caelo* fere ab omnibus testibus Cur. Veron. Brix. Monac. *[de celo]* Cantabr. Corb. Sang. Colb. Vulg. confirmatur. Vocabula omittit Vindobonensis. Epiphanium vel Cyrillum Redig. sequitur. | *bona data* quod Cur. habet, nonne ex iis repetitum quae praecedunt? Inter reliquos testes magna dissonantia. *Spiritum sanctum* nonnisi Brix. et Monac. porrigunt; *spiritum bonum* Vulg.; *spiritum bonum vel sanctum* Sangall.; reliqui omnes Veron. Vindob. Cantabr. Corb. Redig. Colb. *bonum datum;* cod. Maior. Mon. apud Blanch. et Sab. *spiritum bonum datum.* E quibus quid praeferendum sit, Ambrosius iis nos edocet, quae infra sub C citata vides.

(C) **11. 12.** In citando hoc Salvatoris effato patres magis Matthaei traditionem, quae aliquanto simplicior est, quam Lucae enarrationem sequutos esse, ex adnotatiouibus Sabaterii ad Mt. 7, 9 et Lc. 11, 11 facile hauritur. Qua de causa illud quoque de ovo atque scorpione dictum, quod solus Lucas habet, non tam saepe, quum exspectaverimus, laudatur. Alludit tamen Tertullianus adv. Marcion. IV, 26: *Et panem petentibus de caelo dedit manna et carnem desiderantibus emisit ortygometram: non serpentem pro pisce nec scorpium pro ovo.* Cfr. Hermanni Roenschii Tertulliani Novum Test. p. 192. Atque Augustinus compluribus in locis, scilicet ex memoria, refert: ep. 130 *Aut si ovum petit: nunquid porrigit ei scorpium?* serm. 61 *Aut cum petit ovum: nunquid scorpionem porrigit ei?* serm. 105 *Aut a quo petit ovum: nunquid porriget ei scorpionem?* [Sab.]

13. Quod ex Hilario (in ps. 118) Sabaterius affert *Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris* an ex Luca sit depromptum, decidi non potest; nec magis certae est originis, quod ab illo ad Matthaeum refertur Augustini dictum (epist. 130) *Si ergo vos cum sitis mali, nostis . . . quanto magis pater vester coelestis dabit bona petentibus se?* Sed Lucae est quod Sab. ex Hier. in Ies. 52 advocat *quanto magis pater vester, qui est in coelis, dabit spiritum sanctum petentibus se?* item ex Luca esse videtur, quod Tertullianus adv. Marcion. IV, 26 indigitat *Itaque et spiritum sanctum is dabit.* (Cfr. Hermanni Roenschii Tertull. Nov. Test. p. 193). Ac doctrina plenum, quod Ambrosius in opere de spiritu sancto (I, 5) exponit, quem quidem locum paulo extensius quam Sab. admisit, proponendum existimavi. *Evangelistae duo,* inquit, *in uno eodemque loco, diversis quidem inter se verbis, sed eadem designarunt; habes enim in Matthaeo, si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Secundum Lucam autem invenies ita scriptum: Quanto magis pater vester de caelo dabit spiritum sanctum petentibus se? Advertimus ergo bonum esse spiritum sanctum Domini iudicio, evangelistarum testimonio; quando alius pro sancto spiritu bona, alius pro bonis sanctum spiritum nominavit. Si igitur quod bonum est,*

[pergas p. 15 (C)]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
σιν αυτον [14]και	[14]Et factum est	. . . .	tibus se [14]Et erat	. . . .	bus se: [14]Cum au=	tentibus se [14]et
ην εκβαλλων δαι-	cum eiceret dae=	. . . .	eicien*s* daemoni=	. . . .	tem haec dixisset adduxerunt ad	erat dum eicit dae=
μονιον κωφον εγε-	monium et illut	. . . .	um et illud erat	. . . .	eum. unum daemo=	monium et illud
νετο δε τον δαι-	fuit mutum ei=	. . . .	mutum et cum ei=	. . . .	niacum. et eiecit daemonium et	fuit mutum et cum
μονιου εξελθον-	ciente autem illo	. . . .	cerit a mu*to* *dae*	. . . .	illud erat mutum.	eicisset mutu¯
τοσ ελαλησεν ο		. . . .		. . . .	Factum est autem cum eiecisset dae=	daemonium locu=
κωφοσ και εθαυ-	mutum daemoni=	. . . .	mon*ium* *om*nes	. . . .	monium locutus	tus est mutus et
μασαν οι οχλοι	um omnes turbae	. . . .	tur*bae* *ob*stupe=	. . . .	est mutus. et ad= miratae sunt tur=	omnes turbae|Stu=
[15]τινεσ δε εξ αυ-	stupebant [15]qui=	. . . .	bant [15]Quidam au	. . . .	bae. [15]Quidam	pebant [15]quidam
των ειπαν εν βεε-	dam autem ex illis dixerunt in beelze=	. . . .	*tem* ex pharisaeis	. . . .	autem ex eis dixe=	autem ex phari=
ζεβουλ τω αρχοντι	bul principe dae=	. . . .	dixerunt in belze=	. . . .	runt in beelzebul	seis dixerunt in
των δαιμονιων εκ-	moniorum eicit	. . . .	bulprincipem dae=	. . . .	principe daemo=	beelzebul .princi= pem daemoniorum
βαλλει τα δαιμο-	daemonia ille autem respondit et dixit quomodo potest satanas sa-	. . . .	moniorum eicit	. . . .	niorum eicit dae=	eicit daemonia
νια [16]ετεροι δε	tanam expellere [16]alii	. . . .	daemonia [16]Et alii	. . . .	monia. [16]Alii au=	[16]et alii temptan=
πειραζοντεσ ση-	autem temptantes	. . . .	tempta¯tes sig=	. . . .	tem temptantes	tes signum de
μειον εξ ουρανου	signum quae re=	. . . .	num ab eo quae=	. . . .	signum de caelo	
εζητουν παρ αυ-	bant de ca*elo* *ab*	. . . .	r¯|bant de caelo	. . . .	quaerebant ab	caelo quaerebant
του [17]αυτοσ δε	illo [17]ipse aute*m*	. . . .	[17]Ipse autem ut	. . . .	eo. [17]Ipse autem	ab eo [17]ipse au=
ειδωσ αυτων τα	*sci*ens cogitatio-	. . . .	uidit cogi*tationes*	. . . .	ut uidit cogitatio=	te¯|ut uidit cogi=
διανοηματα ειπεν	*nes* illorum dix*it*	. . . .	eo*rum* dixit. *om*ne	. . . .	nes eorum dixit	tationes eoru¯
αυτοισ πασα βα-	Omnem reg*num*	. . . .	regnu¯| in se diui=	. . . .	eis. Omne regnum	dixit omne reg=
σιλεια εφ εαυτην διαμερισθεισα	diuisum su*per* *se*	. . . .	s¯| desolatur et	. . . .	in semetipsum di=	num in se ipsum diuisum desola=
ερημουται και οι-	deseretur *et* *do*-	. . . .	domus supra do=	. . . .	uisum desolatur.	tur et domus
κοσ επι οικον	*mus* super dom*um*	. . . .	mu*m* posita cadit	. . . .	et domus supra do=	supra domum ca=

(A) 14. Hoc in versu constituendo duae manuscriptorum classes videntur esse discernendae: una codicum *BℵACRL,* qui daemoniaci sanationem a Christo perpetratam simpliciter enarrant, initio ab his verbis facto: *και ην εκβαλλων δαιμονιον* etc., altera codicis *D,* qui narrationi in brevius contractae introductionem praemittit *ταυτα δε ειποντοσ αυτου προσφερετε*[*-αι*] *αυτω δαιμονιζομενοσ κωφοσ,* quae nisi fallor ad modum pericoparum Mt. XII, 22 *τοτε προσηνεχθη αυτω δαιμονιζομενοσ* vel IX, 32 (*αυτων δε εξερχομενων*) *ιδου προσηνεγκαν αυτω ανθρωπον κωφον δαιμονιζομενον* efformata est. Sunt quidem, quibus illi quos dixi codd. inter se ipsos dissonent, si quidem *ACR* quibus ex Tisch. comm. adiungo ***ΧΓΔΛΠ*** praebent *και αυτο ην κωφον,* ubi *BℵL* nonnisi *κωφον* habent, et *BSR,* item *ΓΛΛΠ, εξελθοντοσ* exhibent, ubi *ACL,* item *X, εκβληθεντοσ* porrigunt, sed exigui vides ea discrimina esse generis.

15. Concinunt inter se *BℵACDRL,* nisi quod *B ειπαν* pro *ειπον* (item *R* sec. Tregellium, sed repetito examine Tisch. *ειπον* tenet), *Bℵ βεεζεβουλ, L βελζεβουλ* pro *βεελζεβουλ,* et *D και τινεσ* pro *τινεσ δε* praebet. Codicum discrimen in eo positum, quod *BℵCL* aliique habent *τω αρχοντι,* et per errorem *A των αρχοντι, DR* vero aliique articulum omittunt, ad rem nostram nil refert, nisi quod testatur, nullo in codice inveniri *εισ β. τον αρχοντα.* Addunt *AD* et sec. Tisch. comm. ***ΚΜΧΠ*** aliique fere quadraginta verba Mr. 3, 23 relata *ο δε* [sive *και ΚΠ* al.] *αποκριθεισ ειπεν· πωσ δυναται σατανασ σαταναν εκβαλλειν.*

16. Vaticani textum servato eodem verborum ordine *ℵACDL* repraesentant; ordinem alium *R* praeit, cui sec. Tisch. comm. ***ΓΔΛΠ*** aliique haud pauci adstipulantur.

(B) 14. Quaerenti, num codicum latinorum eaedem quas in graecis vidimus classes discernantur, ab altera parte Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. Sang. repraesentantur, qui classi priori respondent, inter quos tres sunt qui paucissimis vocabulis exceptis inter se consonant, ab altera Brix. Cantabr. Colb. et corrector fragmentorum Cur., qui cum graeco Cantabrigiensi faciunt, ea tamen ratione, ut codd. Brix. et Colb. textus praebeant, qui ex textibus utriusque classis compositi sunt, et fragmentum Curiense, per se ipsum consideratum, quum satis quidem habeat, sanationis historiam enarrare, nec materialem ei introductionem, qualem Cantabr. dat, praefigat, a formali tamen introductione quapiam *Et factum est* non abstinens, inter duas illas classes quasi medium locum occupet. Ceterum animadvertas codicem Colb., qui supra v. 11 et 12 illas voces *porrigis* et *tradis* solus exhibuit, hic quoque eo notari, quod vocabula *surdum et mutum* absque ullo codicum vel graecorum vel latinorum exemplo ostendat.

Monac.
[14]Et erat eiciens
demonium et illud
fuit mutum factum
est ut exiret de-
monium locutus
est mutus. et mi-
rati sunt turbae
[15]Quidam autem
ex illis dixerunt
in beelzebul prin-
cipem daemonio-
ru¯ eicit daemo-
nia. [16]Alii autem
temtantes signum
ab eo de celo que-
rebant [17]Ipse au-
tem ut uidit co-
gitationes eoru¯
dixit eis. omne
regnum in se ip-
su¯ | diuisum de-
solatur et domus
supra domum ca-

Cantabrig.
sus surdus [14]et
eiecto eo omnes
mirabantur et qui-
dam ex eis dixe-
runt in beelzebul
principe daemo-
niorum eicit dae-
monia [15]ad ille re-
spondens dixit
quodo potest sa-
tanas satanan ei-
cere [16]alii autem
temptantes sig-
num de caelo
quaerebant ab eo
[17]ipse autem sci
ens eorum cogita
tiones dixit illis
omne regnum di-
uisum super se
deseretur et do-
mus super domum

Corbeiens.
tibus se [14]Et erat
dum eicit demo-
nium et illud fuit
mutum. et cum
eicisset mutum de-
monium locutus
est mutus et omnes
turbae stupuerunt
[15]quidam autem
ex phariseis dixe-
runt in belzebul
principem demo-
niorum demonia
eicit. [16]et alii
temptautes sig-
num de celo que-
rebant ab eo [17]ipse
autem videns co-
gitationes eorum
dixit omne reg-
num in se ipsum
diuisum desolatur
et domus supra

Rediger.
[14]Et erat dum
ei^e^cit daemonium.
et illut fuit mutu¯
et cum eiecisset
mutum daemoni-
um. locutus est
mutus. et omnes
turbae stupebant
[15]quidam autem
ex pharisaeis dixe-
runt. in beelzebul
principe daemo-
niorum. eicit dae-
monia [16] et alii
temptantes sig-
num de caelo
quaerebant ab eo
[17]Ipse autem ut
uidit cogitationes
eorum. dixit. Om-
ne regnum in se
ipsum diuisum de-
solabitur et domus
supra domum. non
stabit. sed uel ca-

Sangall.
[14]... erat eiciens
daemonium et il-
lud erat mutu¯.
factu¯ est autem
daemonio exeunte
locutus est mutus.
et miratae sunt
turbae. [15]quidam
autem ex eis di-
xer¯t. in beel
zebub p'ncipe
daemonior¯ eicit
daemonia [16] alii
autem te¯ptautes
signu¯ ab eo qre-
bant de cęlo·
[17]ipse autem ut
uidit eor¯ cogi
tationes dx eis·
omne regnu¯ in
se ipso diuisum
desolabitur et do-
mus sup' domu¯

Colbert.
[14]Haec cum dixis-
set. offerunt illi
unum demonia-
cum surdum et
mutum. Et erat
dum eiciebat de-
monium. idipsum
fuit mutum. Et
cum eicisset de-
monium mutum:
locutus est mutus.
et omnes turbe
mirabantur. [15]Et
quidam ex his di-
cebant. In beelze-
bub principe de-
moniorum eicit
demonia. [16]Alii
autem te¯ptantes
signum de cęlo
querebant ab eo
[17]Ipse itaque vi-
dens cogitationes
eorum: dixit ad
illos. Omne reg-
num in se divisum
desolabitur. et do-
mus super domum

Vulg. nova e. c. Am.
[14]Et erat eiciens
daemonium et il-
lud erat mutum et
cum eiecisset dae-
monium locutus
est mutus et am-
miratae sunt tur-
bae [15]quidam au-
tem ex eis dixe-
runt in belzebub
principem daemo-
niorum eicit dae-
monia [16]et alii
temtantes signum
de caelo quaere-
bant ab eo [17]Ipse
autem ut vidit co-
gitationes eorum
dixit eis Omne
regnum in se ipso
diuisum desolatur
et domus supra

(B) **15.** Codicis Cantabr. lectioni *και τινεσ* non solum latinus illius interpres, sed Colbertinus etiam assentitur. Reliqui omnes habent *Quidam autem.* Sed cuius rei in graecis codd. ullum vestigium non deprehenditur (neque in versionibus nisi in Syriaca Curetoni), Veron. Vindob. Redig. Corb. pergunt *ex pharisaeis;* reliqui latini varias vocabulorum *εξ αυτων* exhibent versiones: Brix. Cantabr. Saug. Vulg. *ex eis,* Cur. Monac. *ex illis,* et qui hic quoque solitarius est Colb. *ex his.* | Scriptionis Sinaiticae et Vat. *βεεζεβουλ* in latinis hisce codicibus nullum est vestigium; breviatae vero formae, quam *L* praeit, locus datur in Veron. et Corb.; plenam *βεελζεβουλ* sequuntur Brix. Vindob. Monac. Cantabr. Redig. et Sang., sed hic ita, ut nomen duas in partes separet (*βεελ·ζεβουλ*) *beel zebub.* Diversam nominis terminationem cum breviata illa forma Vulgatae codex Amiat., qui habet *belzebub,* cum plena cod. Colbertinus et Vulgatae editio Sixtina *(Beelzebub)* coniungunt. | Quo codd. Cur. Brix. Cantabr. Redig. Sang. Colb. et Vulgatae ed. Sixtina a reliquis documentis Veron. Vindob. Monac. Corb. et Vulgatae cod. Amiat. differunt, quod illi habent *principe,* hi *principem,* quoniam in ulla graecorum codd. diversitate non fulcitur, ad vetustam grammaticam latinam magis, quam ad rem criticam pertinet. | Comma illud *πωσ δυναται* in *AD* aliisque obvium latine nonnisi in Cantabr. *[ad ille respondens* etc.*]* atque apud correctorem membr. Curiensis *[ille autem respondit* etc.*]* et quidem ex interpretationibus paullo diversis haustum legitur.

16. Simplicem Vaticani aliorumque quem supra vidimus ordinem Brix. Vindob. Cantabr. Redig. Corb. Colb. et Vulg. sequuntur *(sign. de caelo qu. ab eo);* codicis *R* et reliquorum Veron. et Sangallensis *(sign. ab eo qu. de caelo).* Sed alium rursus Monac. servat *(sign. ab eo de caelo qu.)* alium fragm. Cur. (*sign. qu. de caelo ab illo*). Plurimorum ergo latinorum cum vetustissimis graecis concinnitas. Praeterea vero levi quadam dissonantia, quae in gr. codd. nostris non est, latini discernuntur. Nam Cur. Brix. Monac. Cantabr. Sang. et Colb. initiali versui vocabula praemittunt *Alii autem,* Veron. Vindob. Redig. Corb. Vulg. *Et alii.*

(C) . . . *hoc est Spiritus sanctus, quomodo bonus non est? Nec fallit quod nonnulli codices habent etiam secundum Lucam: quanto magis pater vester de caelo dabit bonum datum petentibus se? Hoc bonum datum gratia spiritalis est, quam dominus Iesus effudit e caelo.* Plures igitur codices Ambrosii tempore praebebant *spiritum sanctum.*

14. Tertull. contr. Marcion. IV, 26: *Cum surdum daemonium expulisset* (cf. Roensch. l. l.).

15. ib. *in Beelzebule dictus eicere daemonia;* ib. c. 28: *Hic non expellit daemonia nisi in Beelzebule.* Paulin. vit. Ambr. p. V: *in Beelzebub principe daemoniorum ejicit daemonia.* [Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
πειπτει [18]ει δε και	*ca*det [18]si et sata=	. . . . .	[18]sic et satanas si	. . . . .	mum cadet. [18]Si	det [18]et si sata=
ο σατανασ εφ	*nas su*per satana*n*	. . . . .	in se ipsum diui=	. . . . .	autem et satanas	nas satanan eicit
εαυτον διεμερισ-	*diuisus* est quo= modo *s*tabit reg=	. . . . .	sus est quomodo	. . . . .	satanan eicit in	in se ipsum diui= sus est quomodo|
θη πωσ σταθη-	nu*m eius* quoniam	. . . . .	stabitregnumeius	. . . . .	se ipsum diuisus	Stabit regnum ei=
σεται η βασιλεια	*dicitis in* beel=	. . . . .	quia dicitis quo=	. . . . .	est quomodo sta	us quia dicitis quo=
αυτον οτι λεγετε	zebul pr*incipe*	. . . . .	niam ego in belze=	. . . . .	bit regnum eius.	niam in beelzebul
εν βεεζεβουλ εκ-	daemonio*rum* ei=	. . . . .	bul priucipe*m*dae=	. . . . .	quia dicitis in beel=	principem daemo=
βαλλειν με τα δαι-	cere me d*aemo*	. . . . .	moniorum eicio	. . . . .	zebul eicere me	niorum eicio dae=
μονια [19]ει δε εγω	nia [19]quodsi *ego in*	. . . . .	daemonia [19]Si ego	. . . . .	daemonia· [19]Quod	monia [19]Quod si
εν βεεζεβουλ εκ- βαλλω τα δαιμο-	beelzebul e*icio fi*	. . . . .	in belzebul eicio	. . . . .	si ego. in beelze= bul eicio daemo=	ego in beelzebul
νια οι υιοι υμων	lii uestri inq*uo ei*	. . . . .	daemonia filii ue=	. . . . .	nia. filii uestri in	eicio filii uestri in

Fragm. Cur. v. 17 num *sciens* praebuerit an *uidens*, quandoquidem membranae ora abscissa est, certo decidi non potest; tamen, quoniam novus versus non per *-dens* sed per *-ens* inchoatur, magis mihi probabile est, scriptum exstitisse *sciens*.
Cod. Vindob. v. 18 pro gliscente illis temporibus maiuscularum literarum amore ad exornandum novi versus initium *Stabit* exhibet.

(A) 17. *ειδωσ B*ℵ*CDL [ιδωσ AR]; ιδων* Tisch. teste *X* aliique quinque. | *αυτων τα διαν. B*ℵ*CDRL* quibus accedunt *XΓΔΛ* al.; *τα δ. αυτων A*, cui adnumerandi *KΠ* al. | *εφ εαυτην διαμερισθεισα* [cf. Mc. 3, 25 *εφ εαυτην μερισθη*] *BC* (sed *μερισθεισα*) *R*, quibus accedunt *XΓΔΛΠ* aliique; *διαμ. εφ εαυτην* [cf. Mt. 12, 25 *μερισθεισα καθ εαυτησ*] ℵ*ADL* et sec. Tisch. comm. codd. minusc. 33. 124. | *πιπτει B* (*πειπτει*) ℵ*ACRL; D πεσιται.*

18. *ει δε και B*ℵ*ACDRL;* solus *Γ* Tisch. teste *ει δε* habet. | *διεμερισθη BADRL,* quibus accedunt *XΔΠ* aliique; *εμερισθη* ℵ*C,* quibus accedit *Δ; μερισθη Γ* aliique nonnulli. | *πωσ* omnes codd. praebent excepto Cantabr. qui habet *ου.* | *οτι* ante *λεγετε* omnes codd. habent, excepto ℵ, in quo prima manu scr. *τι* legitur. | vocabulis *εν βεελζεβουλ* Tisch. teste *E* praemittit *οτι,* constructione ut videtur non mutata. | Ceterum *βεεζεβουλ* (hic et v. 19) *B*ℵ; *βεελζεβουλ ACDR* al.; (*Δ βεελ ζεβουλ,* v. 15 et 19 *βεελ·ζεβουλ*); *βελζεβουλ L.* | pro *εκβαλλειν* teste Tisch. *F* ut videtur *X* aliique pauci *εκβαλειν.* | *με* post *εκβαλλειν* teste Tisch. *F* et 69 omitt.

19. *εκβαλλω* omnes praebent, exc. *X* aliisque paucis qui habent *εκβαλω.* | omissio articuli *οι* ante *υιοι,* quam in codd. *AD* aliisque invenimus in diiudicandis codd. latinis nil habet ponderis; neque maius erronea lectio *εν τι*, quae in Cantabr. habetur.

(B) 17. Codd. latini ita inter se differunt, ut exemplum Vaticani aliorumque sequantur Cantabrigiensis et Sangallensis *(eorum cog.);* exemplum Alexandrini vero aliorumque Veronensis omnesque reliqui *(cog. eorum)*, excepto fragmento Cur. quod habet *cog. illorum.*

Illud *ειδωσ* Vaticani in cod. Cantabr., cui Cur. accedere videtur, redditur *sciens; ιδων* lectio c. Landish. Monac. duplicem experitur versionem: *uidens,* quam Corb. et Colb. habent, et *ut uidit* quam Veron. Brix. Vindob. Monac. Redig. Sangall. et Vulg. sequuntur.

Quod a graecis quos novimus codd. communiter legitur *ερημουται* triplicem versionem latinam est expertum: *deseretur,* quod in Cur. et Cantabr. legitur; *desolabitur,* quod in Redig. Colb. et Sangallensi est; *desolatur,* quod a plurimis habetur, Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb. et Vulgatae Amiatino.

Vocc. *επι οικον* sive *επ οικον* a codd. Cur. Cantabr. Sangall. Colb. per *super domum* redduntur, a reliquis iisque pluribus levissimo discrimine per *supra domum.*

Praesens *π[ε]ιπτει* vidimus a plurimis codd., futurum *πεσιται* nonnisi ab uno cod. tradi. Contra inter latinos codd. nostros nonnisi tres Veron. Sangall. Colb. praesens tuentur, septem vero Cur. Brix. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. et Vulgatae c. Amiat. *cadet* praebent. Quam Redig. continet versionem *non stabit sed uel cadet* rectius interpretationem ex consideratione sequentis versus ortam eamque codici peculiarem nominaveris.

18. De initialibus huius versus vocabulis fere nulla in graecis codd. dissonantia; haud exigua inter latinos codices. Graecum *ει δε και* simpliciter a Brix. Monac. Cantabr. Sangall. Amiat. redditur *Si autem et;* illud *ει δε*, quod *Γ* praeit, inter latinos patronum non habet. Potius *si et* a Cur. Corb. Redig. electum est; *sic et Satanas si* a Veronensi legitur; *et si* vero tum a Vindob. *(et si Satanas)*, tum a Colbertino *(et Satanas si)*, exhibetur, unde maiorem variantium copiam in codd. graecis, quam quae nunc cernitur, aliquando obtinuisse probabile est.

Quod quidem de iis quoque quae sequuntur asserendum videtur. Nam quum in graecis codd. nonnisi de voc. *διεμερισθη* lis est, cui omnes praemittunt *εφ εαυτον*, Cur. habet *super satanam diuisus est,* Cantabr. *super se divisus est;* Veron. Sangall. Colb. Vulg. *in se ipsum divisus est* (Corb. *diuisum*); et his, quae postremo loco dixi, verbis Brix. Vindob. Monac. Redig. et Corb. praemittunt comma *satanam eicit,* cuius in graecis quos habemus codicibus ullum vestigium non invenitur.

Particulam *πως* latini omnes vertunt *quomodo;* unus Cantabr., graecum suum *ου* sequens, latinum *non* infert.

Verba *οτι λεγετε*, (nam quod prima Sinaitici manus scripsit *τι λεγετε* a nemine inter latinos interpretes animadversum est) quum duplicem versionem admitterent, duplicem experta sunt *quoniam dicitis,* quod Cur. praebet, et *quia dicitis* quod in reliquis omnibus legitur.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e. c. Am.
det [18]Si autem et satanas satanan eicit in semet ipsum diuisus est quomodo stabit regnum eius quia dicitis qum in beelzebul principem daemoniorum eicio daemonia. [19]quodsi ego in beelzebul eicio daemonia filii uestri in quo eiciunt.	cadet [18]si autem et satanas super se diuisus est non stabit regnum eius quia dicitis in beelzebul eicere me daemonia [19]si autem ego in beelzebul eicio daemonia fili uestri	domum cadet. [18]si et sa^tan^as sa^tan^am eicit in se ipsum diuisum est quomodo stabit regnum ipsius. quia dicitis quoniam in belzebul principem daemoniorum eicio demonia. [19]quodsi ego in belzebul eicio filii uestri in quo ei-	det [18]si et satanas. satanā eicit. in se ipsum diuisus est quo modo stabit regnū ipsius. quia dicitis. quoniam in belzebul principem daemoniorum eicio daemonia. [19]Quod si ego in belzebul eicio fili uestri in	cadit [18]si autē et satanas ī se ipsum diuisus est. qmo stabit regnum ipsius quia dicitis in beel zebub eicere me daemonia [19]si autem ego in bel zebub eicio daemonia filii uri in	cadit. [18]Et Satanas si in seipsum divisus est. quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis me in Beelzebub principe eicere demonia? [19]Si vero ego in Beelzebub eicio demonia. filii vestri in quo ei-	domum cadet. [18]Si autem et satanas in se ipsum diuisus est quomodo stabit regnum ipsius? quia dicitis in belzebub eicere me daemonia. [19]Si autem ego in belzebub eicio daemonia, filii uestri

Cod. Monac. v. 18 singularem vocabuli *quoniam* abbreviationem exercet scribendo qūm, quam in Redigerano quoque usurpatam inveni.

Cod. Rediger. habet NON STABIT· SED UEL CADET: quibus e vocabulis paenultimum per manum quandam posteriorem rudi obelo perfossum est.

Cod Sangall. v. 18 inferens qmo (πωσ) non sphalmate laborat, sed abbreviatura utitur, quae aliis quoque in locis eiusdem codicis (cf. Lc. 10, 26, Io. 9. 10) nobis obviam est.

Cod. Corb. v. 18 non una difficultate aegrotat. Prima enim manu scriptum esse videtur *sanatas sanatam*, quem errorem aliquis recentioris demum aevi homo correxisse videtur. Praeterea illud *diuisum* in lapsu calami nititur. Scilicet scribae oculi tenebant etiam, quae modo manus scripserat *regnum in se ipsum diuisum* (v. 17). Ceterum quam parum ea quae ex codicis textu Sabaterius in notis affert codici respondeant, ex hisce colligas: Sab. v. 18 habet *quoniam principem daemoniorum ejicio;* cod. ut supra. v. 19 Sab. *in Beelzebub ejicio,* cod. *in belzebul eicio.* ib. Sab. *vestri erunt,* cod. *erunt uestri.*

Vulg. novae cod. Amiat. v. 17: ubi cod. habet *ipso*, Sixtina reposuit *ipsum*. Eadem habet *desolabitur,* cod. *desolatur.* v. 18: ubi cod. *ipsius* praebet et *belzebub* et *eicere me,* ibi Sixt. *eius* et *Beelzebub* et *me eiicere.* v. 20: cod. *praeuenit,* Sixt. *pervenit.*

(B) . . . Scriptionem *beelzebul* (v. 18 et 19) Cur. Brix. Vindob. Monac. et Sangall. sequuntur; *belzebul* Veron. Corb. et Redig.; *Beelzebub* Colb.; *belzebub* Amiat., sed Sixt. *Beelzebub;* denique Sangall. v. 18 ut v. 15 *beel zebub* sed v. 19 secum non constans *bel zebub.*

Verborum *εν βεελζεβουλ εκβαλλειν με* codd. latini diversas inter se versiones constituunt. Brix. Cant. Sangall. Vulg. (et sec. Sab. cod. Gatiani) simpliciter vertunt *in b. eicere me:* ad quos accedunt Cur. et Colb. qui post *beelzebul,* sive *Beelzebub* vel *principe daemoniorum* (Cur.), vel *principe* (Colb.) inserunt; nec non sec. Sab. codex Maioris Monast., solus iste inter latinos nostros qui secundum graecum illud *εκβαλειν* habeat *eiecisse me.* Nullus vero invenitur, qui exemplo graeci codicis *F me* omiserit; qua in re haud tacendum, codicis Colb. scriptorem isti pronomini alium dedisse locum, qui ex regulis rhetorices aptior videbatur: *me in Beelzebub principe eicere demonia.* Verum reliqui codd. Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. constructione mutata habent *quoniam* (Veron. addit *ego*) *in b. principem daemoniorum eicio daemonia.* — *Principem* pro *principe;* cf. *de partem* (Par palimps. Wirceb. p. 415).

19. Vocc. *ει δε* omnibus codd. graecis communia in latinis vario modo versa cernuntur: in Cur. Brix. Vindob. Monac. Corb. Redig. *quodsi;* in Veronensi *si;* in Cantabr. Sangall. et Amiat. *si autem;* in Colbertino *si vero.*

Lectionem *εκβαλλουσιν* fere omnes latini nostri simpliciter sequentes exhibent *eiiciunt.* Nonnisi Cur. Cantabr. et corr. Redigerani, qui lectionem *εκβαλουσιν* sequuntur, habent *eiicient.* Res mira est codicis Cantabr., qui quum graeco in textu profert *εκβαλλουσιν,* in latino praebet *eicient;* quae dissonantia ad cognoscendam eius naturam valet.

Vocc. *δια τουτο,* quae graecis omnibus communia sunt, latinorum plurimi reddunt *ideo;* Cantabr. vero *propter hoc* et Colb. *Propterea.*

Quadruplicem verborum *αυτοι υμων κριται εσονται* inter se dispositionem in codd. obviam supra animadvertimus; quincuplicem latinorum notamus. Vaticanum Cur. et Cantabr. sequuntur *(ipsi uestri iudices erunt);* Sinaiticum Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb. Redig. *(ipsi iud. er. uestri);* Alexandrinum Vulg. novae cod. Amiat. *(ipsi iud. uestri er.);* Londinensem rescr. Sangallensis *(iud. uestri ipsi er.).* Rursus Colbertinus, quae eius est indoles, singularem constructionem exhibet *(ipsi uobis judices er.).*

20. Graecum *ει δε* Cur. Brix. Cantabr. Sangall. Colb. per *si autem,* Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. per *sed si.* Vulgatae cod. Amiat. per *Porro si* interpretantur.

Codicibus graecis qui *εγω* omittunt e codd. nostris latinis sex assentiuntur Cur. Veron. Brix. Vindob. Sangall. et Vulgatae Amiat.; iis, qui habent, quinque, inter quos Vaticanum Monac. Corb. et Redig. sequuntur *(in digito de iego eicio),* Cantabrigiensis vero vestigia praeter latinum eius interpretem Colbertinus premit *(ego in dig. dei eiicio).*

Lectionis *εκβαλω* quam supra vidimus in latinis codd. vestigium quodpiam non deprehenditur.

Particulam *αρα* quae omnibus codd. graecis communis est, in latinis ratione maxime varia tractatam invenimus. Omittit eam Veronensis; vertit *certe* Cur., *forsitam* Cantabr., *utique* Monac., *profecto* Brix. Vindob. Corb. Sangall. Redig. Colb. et Vulgatae cod. Amiat.

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
εν τινι εκβαλλου-	cient ideo ip*si* *ues*	. . . . .	stri in quo eiciun*t*	. . . . .	quo eiciunt. Ideo	quo eiciunt ideo
σιν δια τουτο αυ-						
τοι υμων κριται	tri iudices er*unt*	. . . .	ideo ipsi iudices	. . . .	ipsi iudices erunt	ipsi iudices erunt
εσονται [20]*ει δε εν*	[20]Si autem in d*i*-	. . . .	erun*t* uestri [20]Sed	. . . .	uestri [20]Si autem	uestri [20]sed si
δακτυλω θυ εγω	*gito di*. eicio dae=	. . . .	si in digito di eicio	. . . .	digito di eicio dae=	in digito di eicio
εκβαλλω τα δαι-					monia. profecto	daemonia pro=
μονια αρα εφθα-	mo*nia* *cer*te anti=	. . . .	daemonia praeue=	. . . .	praeuenit in uos	fecto prouenit in
σεν εφ υμασ η βα-	cipa*uit* *in* *uos*	. . . .	nit in uos regnu¯	. . . .		
σιλεια του θυ					regnum di.	uos regnum di.
[21]*οταν ο ισχυροσ*	[21]*reg*num di. *Cum*	. . . .	di [21]cum fortis ar=	. . . .	[21]Cum fortis ar=	[21]Cum fortis ar=
καθωπλισμενοσ	quis fortis et	. . . .	matus custodit a=	. . . .	matus custodit do=	matus custodit a=
φυλασση την εαυ-	*arm*atus tueatur					
του αυλην εν ει-		. . . .	trium suu¯| in pa=	. . . .	mum suam in pa=	trium suum in
ρηνη εστιν τα	*domu*m suam in					
υπαρχοντα αυτου	pa*ce* *eru*nt facul=	. . . .	ce sunt ea quae	. . . .	ce sunt omnia quae	pace sunt omnia
[22]*επαν δε ισχυ-*	tates *eius* [22]quodsi	. . . .	possidet [22]si aut¯	. . . .	possidet. [22]Si au=	quae possidet [22]Si
ροτεροσ αυτου	fortior illo *s*uper=	. . . .	fortior illo su=	. . . .	tem fortior illo	autem fortior illo
επελθων νικηση	nie	. . . .	superueniens ui=	. . . .	superueniens ui=	super| Ueniens ui=
αυτον την πανο-	uens ui*cerit* *i*llum	. . . .	cerit eum uniuer=	. . . .	cerit eum. uniuer=	cerit eum uniuer=
πλειαν αυτου αι-	arma*tura*m illius	. . . .		. . . .	sa arma eius au=	sa arma eius au=
ρει εφ η επεποιθει	tollit *in qua* con=	. . . .	sa arma eius aufe=	. . . .	feret in quibus	feret in quibus
και τα σκυλα αυ-	fidebat *et* *spo*lia	. . . .	ret in quibus con=	. . . .	confidebat et spo=	comfidebat et spo=
του διαδιδωσιν·	illius diuidit	. . . .	fidebat et spolia	. . . .	lia eius diuidet.	lia eius distribuet|

(A) . . . *εκβαλλουσιν BℵACDL; εκβαλουσιν R*, et teste Tisch. *MXΔ; εκβαλλωσι Γ**, *εκβαλωσιν Γ***.
αυτοι υμων κριται εσονται BD; αυτοι κρ. εσ. υμ. ℵ; atque uti videtur alii multi; *αυτοι κρ. υμ. εσ. ACL; κρ. υμ. αυτοι εσ. R*.

20. Primum heic de pron. *εγω* agitur, quod *BCRL* (*εγω εκβαλλω*) nec minus *D* (*ει δε εγω εν δακτ. θεου εκβ.*) atque teste Tisch. Tertull[marc], Basil[eunom], Chrysost. compluresque codd. minusc. et primus Sinaitici corrector habent; omitt. vero *ℵAΔ* et teste Tisch. *XΓΔΠ* unc. novem aliique permulti. | *εκβαλλω* fere omnes; *εκβαλω* teste Tisch. *X* aliique pauci.

21. *φυλασση BℵACRLΔ* et Tisch. teste *Π* aliique plurimi; *φυλασσει D* et *EMXΓΔ* aliique multi.
την εαυτου αυλην BℵACRLΔ; την αυλην αυτου D.
εστιν BACDLΔ; εσται ℵR et Tisch. teste *S*.

22. *επαν* omnibus qui nobis noti sunt codicibus commune, exceptis *D* et 131, qui habent *εαν*.
αυτου post *ισχυροτεροσ* ab omnibus exhibetur, excepto Cantabrigiensi.
Idem unicus est, qui in sequentibus verbum *νικηση* vel *νικησει* omittat, qua quidem re commatis constructio admodum difficilis redditur.
Haud pauci quidem teste Tisch. codices sunt qui pro *νικηση*, quod in plurimis et vetustissimis est, legant *νικησει* (*EHMRXΓΔ* aliique multi). Sed quascunque hoc in loco habemus verbi *νικαν* versiones latinas, omnibus forma *νικηση* supposita est.
αρει pro *αιρει* in iis quos novimus codd. non habetur.
επεποιθει omnes, excepto Cantabr., qui *πεποιθεν* exhibet.
αυτου post *σκυλα* in omnibus, qui nobis noti sunt, codd. graecis.
Formae *διαδωσει* [pro *διαδιδωσιν*, quod tantum non omnibus codd. graecis commune esse videtur] graecos testes Tisch. nonnisi codd. minusc. 1 et 209 allegat.

(B) . . . Verbum *εφθασεν*, quod itidem omnibus in graecis habetur variis modis latine versum est: *anticipauit, adpropinquauit,* Cantabr., *praeuenit* Veron. Brix. Monac. et Vulgatae cod. Amiat., *prouenit* Vindob. Corb., *peruenit* Redig. Sang. et Vulgatae ed. Sixtina interpretantur.
Vocc. *εφ υμασ* de quibus graeci codd. inter se non dissonant, in latinis omnibus vertuntur *in uos,* excepto Colbertino, cuius autor accuratius sibi scribendum esse existimavit *super uos.*

21. Vocc. *οταν ο ισχυροσ* a Veron. Brix. Vindob. Monac. Sangall. Corb. et Vulg. redduntur *Cum fortis;* quibus graeco quopiam cod. qui nobis notus sit non praeeunte Redig. praeponit *Et* et Cur. interserit *quis;* a Cantabr. vero et Colbertino vertuntur *quando fortis.*
ισχυροσ καθωπλισμενοσ omnes vertunt *fortis armatus,* excepta membr. Cur., quae absque eorum quos novimus codicum graecorum autoritate vocabula per *et* colligat.
φυλασση quod plurimi, vel *φυλασσει* quod multi habent, omnes nostri codices vertunt *custodit*, exceptis cod. Curiensi, qui habet *tueatur* et Colbertino, qui constructione mutata vertit: *armatus fuerit custodire.*

Monac.	Cantabrig	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
ideo ipsi iudices erunt uestri. [20]sed si in digito dī ego eicio dae= monia utique prae= uenit in uos reg= num dī... Cum [21]fortis armatus custodit atriū suū, In pace sunt ea que possi= det. [22]si autem fortior illo super= uenerit et uicerit eum uniuersa ar= ma eius auferet in quibus confide= bat et spolia dis=	in quo eicient propter hoc ipsi uestri iudices e= runt si autem ego in digito dei ei= cio daemonia for= sitam adpropin= quauit in uos re= gnum d̅e̅i̅ [21]quan= do fortis armatus custodit aulam su= am in pace est substantia eius [22]si autem fortior superuenerit ar= maturam eius tol= lit in qua confidet et spolia eius diui=	ciunt ideo ipsi iudices erunt ue= stri. [20]sed si in digito dī. ego ei= cio demonia pro= fecto prouenit in uos regnum dī. [21]cum fortis ar= matus custodit a= trium suum in pa= ce sunt ea quae possidet. [22]si au= tem fortior illo superueniens ui= cerit eum uniuer= sa arma eius au= feret in quibus confidebat et spo= lia eius distribuet.	quo eicie^u^nt. ideo ipsi iudices erunt uestri. [20]Sed si in digito dī ego eicio daemonia· profecto peruenit in uos regnum dī [21]Et cum for= tis armatus custo= dit atrium suum. in pace sunt. ea quae possidet [22]si autem fortior illo superueniens. ui= cerit eū uniuersa arma eius auferet in quibus confide= bat. et spolia eius	quo eiciunt ideo iudices ūrī ipsi er̄t [20]si autem in digito dī eicio daemonia pro= fecto peruenit in uos regnum dī [21]cum fortis arma= tus custodit suum atrium in pace est ...[22]si autem fortior illo super= ueniens uicerit eum uniuersa ar= ma eius auferet in quibus confide= bat et spolia eius	ciunt? Propterea ipsi vobis judices erunt. [20]Si autem ego in digito Dei eicio demonia.⁓ profecto pervenit super vos regnum Dei. [21]Quando for= tis armatus fuerit custodire regiam suam.⁓ in pace sunt facultates e= jus. [22]Si autem fortior illo aliquis superveniens vice= rit illum.⁓ omnia arma ejus auferet in quibus confide= bat et spolia ejus distribuet.	in quo eiciunt? Ideo ipsi iudi= ces uestri erunt. [20]Porro si in di= gito dei eicio dae= monia profecto praeuenit in uos regnum dei. [21]Cum fortis armatus cu= stodit atrium su= um, in pace sunt ea quae possidet: [22]si autem fortior illo superveniens vicerit eum uni= versa arma eius auferet in quibus confidebat, et spo= lia ejus distribuit.

(B) . . . *την εαυτου αυλην* plurimi vertunt *atrium suum* (Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. Vulg.) vel *suum atrium* (Sangall.); *regiam suam* singularia amans Colb.; textum suum graecum *την αυλην αυτου* Cantabr. transfert *aulam suam.* Quid Cur. legerit, quum membrana praecisa sit, definiri nequit.

Verba *εστιν* (sive *εσται*) *τα υπαρχοντα αυτου* in variis codd. varias experta sunt versiones: in plurimis i. e. Veron. Monac. Corb. Redig. et Vulg. *sunt ea quae possidet*, cui interpretationi proxima est ea quam in Brixiano et Vindob. invenimus *sunt omnia quae possidet;* in Cantabr. *est substantia eius.* quam fortasse, si graece doctior fuisset codicis Sangall. auctor, assecutus foret; in Colb. *sunt facultates eius.* Num eandem multis saeculis ante cod. Cur. statuerit, ex ea quam modo tetigi causa incertum est. Qui si, quod secundum literarum praecisarum spatium suspicatus sum, exhibuit *erunt facultates eius,* Sinaitici lectionem *εσται* secutus est.

22. Vocc. *επαν δε* sive *εαν δε* latini omnes, si unum Cur. exceperis qui habet *quodsi*, vertunt *si autem.*

ισχυροτεροσ αυτου a latinis nostris codicibus vertitur *fortior illo*, excepto Cantabr., cuius textus graecus *αυτου* omittit. Sixtina tamen editio *fortior eo* porrigit.

επελθων νικηση pro simplici radicum significatione omnes latini verterunt *superueniens uicerit*, exceptis Monacensi, qui soluta constructione participiali interpretatur *superuenerit et uicerit*, et Cantabrigiensi, qui graecum exemplar vocabulis *νικηση* (sive *νικησει*) *αυτον* destitutum sequitur. Voc. *αυτον* fere omnes vertunt *eum*, exceptis Cur. et Colb. qui habent *illum.*

(C) 17. 18. Ambr. in Luc. [Opp. ed. Ven. IV, 165] cum Vulg. ed. Sixt. (non cum Cod. Amiat.) consentit. Verum alio in loco. de Spir. s. III. non *desolabitur* legit, sed *destruetur.* Auctor lib. de promiss. p. III, col. 185: *Omne regnum divisum in semetipsum desolabitur . . . Quodsi et Sathanas in semetipsum divisus est*, etc. ut in Vulgata. [Sab.] Tertull. adv. Marc. IV. 26: *Quomodo adhuc staret regnum eius?* Ibidem alluditur ad praecedentia: *Non posse Satanam dividi adversus semetipsum.* [Roensch. l. c.]

19. Tertull. adv. Marc. IV, 26: *Si ego, inquit, in Beelzebule eicio daemonia, filii vestri in quo eiciunt?* [Sab. Roensch. l. c.] Auctor lib. de promiss. p. III. col. 185: *Quid si ego in Beelzebub ejicio daemonia: filii vestri in quo expellunt? Propterea ipsi iudices erunt vestri* Similiter Gaudent. Brix. in serm. p. 944: si exceperis verbum *ejiciunt*, pro *expellunt.* [Sab.]

20. Tertull. adv. Marc. IV, 26: *Quodsi ego in digito dei expello daemonia, ergone appropinquavit* [sec. aliq. codd. *-abit*] *in vos regnum dei?* [Sab. Roensch. l. c.] Ambr. in Luc. [Opp. ed. Ven. IV, 166]: *Quod si in Spiritu Dei ego ejicio daemonia, profecto pervenit in vos regnum Dei;* [Sab.; reliqua quae ex Ambr. atque August. collegit vel cuiuspiam momenti non esse vel ad Matth. 12, 28 referenda videntur.] Auct. quaest. ex utr. Test. col. 89: *Si enim ego in digito Dei ejicio daemonia.* Vigilius Taps. de Trin. l. 12: *Si autem ego in digito Dei ejicio daemonia: pervenit in vos utique regnum Dei;* et contr. Ar. et Sab. *supervenit in vos regnum Dei* [Sab.]: quibus versionum huius loci copia, quam olim fuisse sub (B) vidimus, aliquantum augetur.

21. 22. Hieron. in Amos. Opp. ed. Mart. III, 1385 textum exhibet, qui prorsus cum cod. Veronensi consonaret, si codex iste legeret *omnia quae*, non *ea quae.* Eadem condicione Hieron. cum Vulgata quoque consentiret, si haec praeterea v. 22 cum Veronensi legeret *fortior illo*, non *fortior eo.*

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
[23]ο μη ων μετ	[23]qui non est *me*-	. . . . .	. distribuet [23]Qui	. . . . .	. [23]qui non est me=	[23]Et qui non est
εμου κατ εμου	*cu*m aduersus *me*	. . . . .	. non est mecum ad=	. . . . .	. cum aduersus me	mecum aduersum
εστιν και ο μη	*est* et qui non *col*-	. . . . .	. uersum me est et	. . . . .	. est et qui non colli=	me est et qui
συναγων μετ εμου	*li*git mecum *dis*-	. . . . .	. qui *non* colligit	. . . . .	. git mecum spar=	non colligit me=
σκορπιζει [24]οταν	*par*git. [24]*Cum*	. . . . .	. mecum disp*argit*	. . . . .	. git. [24]Cum inmun=	cum sparget [24]Et
το ακαθαρτον	*im*undus *sps.* exie=	. . . . .	. [24]Cum autem im=	. . . . .	. dus sps exierit de	cum immundus
πνευμα εξελθη	rit de ho*mine*	. . . . .	. mundus sps exie=	. . . . .	. homine. ambulat	sps exierit de ho=
απο του ανθρω-	i	. . . . .	. rit ab homine am=	. . . . .	. per loca arida	mine peramper lo=
που διερχεται δι	crcuit per *arida*	. . . . .	. bulat per loca	. . . . .	. quaerens requiem	ca ubi non habent
ανυδρων τοπων	loca quae *aquam*	. . . . .	. quae non habent	. . . . .	. et non inueniens.	aqua¯| quaerens
ζητουν αναπαυσιν	non ha*bent* quae=	. . . . .	. aquam quaerens	. . . . .	. dicit. Reuertar in	requiem et cum
και μη ευρισκον	rens re*quiem* et	. . . . .	. reqniem et non	. . . . .	. domum meam un=	non inuenerit di=
τοτε λεγει υπο-	uon in*ueniens*	. . . . .	. inueniens tunc di=	. . . . .	de exiui [25]Et ue=	cit reuertar in do=
στρεψω εισ τον	dicit reuertar in	. . . . .	. cet reuertar in	[24]. . . reuertar in	uiens inuenerit	mum meam unde
οικον μου οθεν	domum meam	. . . . .	. domum unde exiui	domum meam un=	uacantem scopis	exiui et cum ue|
εξηλθον [25]και ελ-	unde exiui [25]et	. . . . .	. [25]et cum uenerit	de exiui [25]et cum	mundatam et or=	Nerit inueniet e=
θον ευρισκει σχο-	cum uenerit in=	. . . . .	. inueniet eam sco=	uenerit inuenit e=		am scopis munda=
λαζοντα σεσαρω-	uenit communda=	. . . . .	. pis mundatam *et*	mundatam et con=		tam et ornatam
μενον και κεκοσ-	tam et ornatam	. . . . .				
μημενον [26]τοτε	[26]tunc uadit et	[26]. . . et adsumit	*ornat*am et [26]tunc	positam [26]tunc ua=	natam. [26]Tunc ua=	[26]et tunc uadit et
πορευεται και πα-	adsumit adhuc a=	adhuc alios sep=	uadit et *ad*sumit	dit et adsumit ille	dit et assumit sep=	adsumit septem
ραλαμβανει ετερα	lios septem spiri=	tem spiritus ne=	septem alios sps	nequa alios septe	tem alios sps ne=	alios sps nequiores

Fragm. Cur. Quae v. 22 et 24 superscriptis literis correcta vides, pro characterum forma atramentique colore ipsius scribae esse censeo. v. 24 *imundus* scripsi postquam literis *imm* in membrana haud satis spatii relictum esse animadverteram.
Cod. Palatinus hic demum in testium numerum intrat.
Cod. Vindob. v. 24: Quod scriptum legitur *peramper* notarii sphalma, qui syllabas *bulat* ante alterum *per* omisit.

(A) 23. Verbo *σκορπιζει* in nonnullis codd. graecis ℵ*L* et 33 additur *με*.
24. *οταν B*ℵ*ACRLΔ; οταν δε D* et teste Tisch. *UX* aliique complures.
*απο B*ℵ*ACDLΔ; εκ R.*
sphalma *δια των υδρων* pro *δι ανυδρων D* exhibet.
τοτε BL Sinaitici corrector c et sec. Tisch. comm. *XΞ* 33. 157. 48[ev.] codd. a Scrivenero collati atque Orig.; omittunt ℵ*ACDRΓΔΛΠ* ac plerique alii. Videtur e Mt. 12, 45 huc irrepsisse.
25. Discrimine, quod inter lectiones *ελθον* et *ελθων* est, latini codd. non tanguntur.
σχολαζοντα Sinaitici corr. c *BCLRΓ*, aliique codd. fere 12 atque Orig.; omittunt ℵ*ADXΔΛΠ* et plerique alii.
και quod inter *σεσαρ.* et *κεκοσμ.* est a *DLΓ* aliisque paucis omittitur.
26. *τοτε* omittunt *D* et Orig.; habent *B*ℵ*ACRLΔ* multique sine dubio alii. Particulae *και* ante *τοτε* nullum apud eos quos novimus graecos vestigium.
και παραλαμβανει μεθ εαυτου ℵ[„corr. *A* in rasura nisi forte ipsa prima manus rescr.“ Tisch.]*CX* 33. 69 Orig.; reliqui *μεθ εαυτου* omittunt.

(B) . . . *πανοπλιαν* plurimi interpretantur *universa* [Colb. *omnia*] *arma eius;* simplicem versionem Cur. et Cantabr. proponunt *armaturam* [Cur. *illius,* Cantabr. *eius*]; unde quod in textu graeco est *εφ η* penes illos est *in quibus,* penes hos *in qua.*
Verbum *αιρει* Cur. et Cantabr. vertunt *tollit.* Reliqui omnes *auferet,* quam formam flexioni *aufert* aequiparat Hermannus Roensch. in libro de Vulg. et It. p. 286.
επεποιθει omnes latini *confidebat* [Vindob. *comfidebat*] vertunt; Cantabr. *πεποιθεν* suum *confidet,* quod annon idem sit quod *confidit* iure suo is suspicabitur, qui praecedens *tollit* observaverit.
Vocc. *τα σκυλα αυτου* Cur. vertit *spolia illius* et reliqui omnes *spolia eius,* exceptis Verouensi et Monac. qui pronomen omittunt.
διαδιδωσιν vel quod paucissimi codd. exhibere videntur *διαδωσει* Cur. vertit *diuidit,* Vulgatae cod. Amiat. et Redig. *distribuit; dividet* vero Brix. et Cantabr. et *distribuet* Veron. Vindob. Monac. Corb. Sangall., Colb. et Vulgatae ed. Sixtina.
23. Monstrum non lectionis sed versionis in Sangallensi nos terret, qui vocc. *ο μη ων* interpretatur *qui non quorum.*
κατ εμου Cur. Brix. Mon. Red. vertunt *aduersus me;* Veron. Vindob. Corb. Colb. et Vulgatae cod. Amiat. *aduersum me;* Cantabr. Sangall. et Vulgatae ed. Sixtina *contra me.*
συναγων a Corbeiensi vertitur *conligit,* a Veron. Brix. Vindob. Monac. Redig. *colligit,* quam formam Curiensi, qui Lc. XIII, 16 simili forma *alligauit* utitur incerto in loco inscripsi; a Cantabr. *congregat* atque a cod. Sangallensis scriptore eruditionis grammaticae studioso *colligit uel congregat.*

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e. c. Am.
tribuet· 23 Qui non est mecum aduersus me est| Et qui non colligit mecum spargit. 24 Cum inmundus sps exierit ab homine perambulat per loca arida˘˘ quaerens requiem et non inueniens dicit reuertar in domum meam unde exiui 25 Et cum uenerit inuenit scopis mundatam et ornata¯ 26 Tunc uadit et adsumit septem alios sps	det 23 qui non est mecum contra me est et qui non congregat mecum dispargit| 24 cum autem immundus spiritus exierit ab homine uadit per arida loca quaerens requiem et non inueniens dicit reuertar in domum meam unde exiui 25 et ueniens inuenit mundatum adornatum 26 uadit et adsumit alios septem spiritus ne-	23 qui non est mecum aduersum me est et qui non colligit mecum spargit. 24 cum inmundus sps. exierit de homine perambulat de loca quae non habent aquam quaerens requiem et non inuenies dicit reuertar in domum meam unde exiui· 25 et cum uenerit inuenit eam scopis mundatam et ornatam. 26 et tunc uadit adsumit adhuc septem alios spiritus	distribuit. 23 qui non est mecu¯ aduersus me est| Et qui non colligit mecum. spargit. 24 Et cum inmundus spiritus exierit de homine. perambulat. per loca quae non habent aquam querēs requiem. et non inueniēs Tunc dicit reuertar in domum meam unde exiui· 25 et cum uenerit inuenit eam uacantem· scopis mundatam atque exornata¯ 26 Et tunc uadit. et adsumit secum sep-	distribuet. 23 qui non quorum mecum contra me est et qui non colligit uel congregat mecum spargit 24 cum inmundus spiritus exierit ab homine perambulat per ininaquosa loca quaerens requiem et non inueniens dicit reuertar in domum meam unde exiui 25 et ueniens inuenit scopis uacantem scopis mundatam et ornatam 26 tunc uadit et sumit uel accipit VII spiritus alios	23 Qui non est mecum.⌐ adversum me est et qui non colligit mecum dispergit. 24 Cum immundus spiritus exierit ab homine perambulat per loca arida. querens requiem. et cum non invenerit.⌐ dicit. Revertar in domum meam unde exivi. 25 Et veniens invenit eam scopis mundatam et compositam. 26 Tunc vadit. et assumit ille nequam alios	23 Qui non est mecum adversum me est, et qui non colligit mecum dispergit. 24 Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa quaerens requiem, et non inveniens dicit Revertar in domum meam unde exivi. 25 Et cum venerit invenit scopis mundatam: 26 et tunc vadit et assumit septem alios spiritus ne-

Cod. Redig. ut alibi sic hic quoque ubi prima manus textum simplicibus punctis, quae penes literarum mediam staturam scripta sunt, distinxerat, saepissime manum serioris cuiusdam correctoris perpessus est. qui puncta ad similitudinem eorum quae semicola dicimus signorum extendit.

Cod. Sangall. v. 21: supra graeca vocabula *τα υπαρχοντα αυτου* spatium vacuum, latina quapiam versione non occupatum. Quippe interpres haud certo sciens quid esset *υπαρχοντα* sicuti v. 13 versionem aggredi dubitavit.

Cod. Corb. v. 21—29. Hac quoque in parte Paulus Meyer codicis textum multo rectius eruit quam vel Blanchinus vel in notis suis Sabaterius. Namque hic v. 22 prodit *eo,* cod. habet *illo;* v. 23. *colligit,* cod. *contigit,* ib. Sab. *dispergit,* cod. *spargit.* Atque quod Blanchinus v. 26 edidit *peior priore* in codice scriptum invenitur *peior prioris.*

Quod scriptionem codicis attinet, Paulus Meyer in literis datis ad v. 24 adnotat: „*inuenies,* mais peut-être le titulus a-t-il disparu par la vétusté".

Editio Sixt. non paucis in locis ab Amiatino recedit. v. 22 pro *illo* legit *eo;* pro *distribuit* futurum *-et;* v. 23 pro *adversum* habet *contra.*

(B) . . . *σκορπιζει* a Brix. Monac. Corb. Redig. Sangall. redditur *spargit,* a Vindob. *sparget,* a Colb. *dispergit,* denique a Veron. et Cantabr. *dispargit,* quam formam in Curiensi quoque locum habuisse suspicatus sum.

Singularis illius, quam supra vidimus, lectionis *σκορπιζει με* quum in latinis nostris nullum est vestigium, aliquod in cod. S. Gatiani invenitur, qui Blanchino teste habet *dispergit a me.*

24. Lectionem *οταν* Veron. Brix. Monac. Sangall. Corb. Colb. et Vulgatae c. Amiat. exprimunt *(cum):* lectionem *οταν δε* Cantabr. *(cum autem).* Aliam, quam graecis ex codicibus non novimus *(Et cum)* Vindob. et Redig. repraesentant.

Praepositionem *απο* vel *εκ* a latinis codd. vario modo versam videmus: a Veron. Monac. Cantabr. Sangall. et Colb. per *ab;* a Cur. Brix. Vindob. Redig. Corb. atque Vulg. per *de.*

Vocabulorum *διερχεται δι* varia interpretatio. Cur. habet *circuit per,* Veron. et Brix. *ambulat per;* Monac. Redig. Sangall. Colb. Vulgata *perambulat per,* quae quidem versio erroribus foedata apparet in Vindob. *(peramper)* et Corb. *(perambulat de);* Cantabr. *uadit per.* Quintam verbi *διερχεται* versionem *pertransiet* Victor Tun. suppeditat.

ανυδροι τοποι codicibus Veron. Redig. Corb. sunt *loca quae* [Vindob. *ubi*] *non habent aquam;* Brix. Monac. Colb. *loca arida.* et Cantabr. *arida loca;* Sangallensi *ininaquosa loca;* Vulgatae *loca inaquosa.* Curiensem, qui habet *per . . . . loca quae . . . m non habent* suspicatus sum legisse *per arida loca quae aquam non habent.* Conf. quae sub (C) posita sunt.

(C) **23.** Cyprianus, quem compluribus in locis hunc versum citare Sabaterius docet [epp. 70. 75. 76], textum sequitur, quem in cod. Corb. vides. Eundem Ambrosius sequi dicitur de poen. col. 422; locum vero in Veneta, qua equidem utor, editione non repperi; alio in loco quem haud minus frustra quaesivi, ubi *dispergit* habere dicitur [Sab. in Luc. lib. VII, 1417] cum Vulg. concinit.

24. Ambr. in Luc. VII [ed. Ven. VI, 166] eorum quibus aliquantum offendimur verborum textum habet similem ei, quem supra Curiensis fuisse asseruimus: *Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca arida, quae non habent aquam, quaerens requiem et non inveniens.* Quem locum Sabaterius e Victoris Tun. lib. de poen. [cf. Ambr. Opp. ed. Ven. VIII, 398] hausit *Cum immundus spiritus exierit ab homine, pertransit loca inaquosa quaerens requiem et non inveniens* licet eodem iure ad Mt. 12, 43 trahatur, quum evangelistae in his vix inter se differant, gratus heic quoque obvenit.

25. 26. Quae Sab. e Victoris Tun. libro laud. hausit *Et reversus, invenit eam vacantem, mundatam scopis, et compositam* [quae lectio est codd. Colb. et Palat.]. *Tunc vadit, et adducit secum* etc. rectius ad ev. Matth. 12, 44 referuntur.

[pergas p. 23 (C)]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
πνευματα πονη-	tus nequiores se	quiores se et in=	nequiores se et	spiritos nequiores	quitiores se et in=	se ingressi inhabi=
ροτερα εαυτου επτα και εισελ-	et intrantes inha=	trantes inhabitant	ingressus inhabi=	se et introiit et	gressi habitant	tant et fit huius=
θοντα κατοικει	bitant et fiunt no=	et fiunt nobissi=	tat et fit eiusmodi	inhabitat et fiunt	ibi et erunt no=	modi hominis uita
εκει και γεινεται τα εσχατα του	uissima hominis	ma hominis illius	hominis uita mul=	nouissima hominis	uissima hominis	
ανθρωπον εκεινον χειρονα των πρω-	illius peiora prio=	peiora priorum	to peior prioris	huius deteriora	illius peiora prio=	multo peior prio=
των [27]εγενετο δε	rum [27]factum est	[27]Factum est au=	[27]Factum est au=	prioribus [27]Fac=	ribus. [27]Factum	ris | [27]Factum est
εν τω λεγειν αυτον	autem dum dice=	tem cum diceret	tem cum haec di=	tum est autem	est autem cum	autem cum haec
ταυτα επαρασα	ret haec ipse le=	haec ipse levata	ceret extollens uo=	cum ista diceret	haec diceret. ex=	diceret extollens
τισ φωνην γυνη εκ	uata uoce quae=	voce quaedam	cem quaeda*m* mu=	mulier quae | Dam	tollens uocem.	uoce^{m}... quaedam
του οχλου ειπεν	dam mulier dixit	mulier dixit illi	lier dixit illi bea=	leuauit uoce de	quaedam mulier	mulier de turba

Cod. Vercell. inde ab hoc v. 26 reverenda sua testimonia lacuna vv. 12—25 intercepta rursus inchoat. *nobissima* pro eo quod Cur. exhibet *nouissima.* Ita in palimps. Wirceb. Ion. 4, 1 *orabit* pro *orauit,* et vice versa Hos. 5, 6 *ueniamin* pro *beniamin;* in cod. Cantabr. Luc. 11, 27 *de pleue . . ueatus.*

Cod. Palat. v. 26. *Spiritos.* Sic textus. Cf. irregularis istius flexionis exempla a Roenschio e codd. Vercell. Veron. et Cantabr. (Mc. 1, 25 *spirite immunde*) congesta, Vulg. et It. p. 261.

Cod. Vindob. Pone *uoce*^{m} reliquiae ut videtur literarum M et S cernuntur, quae forsan testantur notarium scribere voluisse UOCEM SUA‾, sed quominus rem perficeret nescio qua causa fuisse impeditum.

(A) . . . *ετερα πνευματα πονηρ. εαυτ. επτα BℵLΞ* 13. 69. aliique minusc.; *επτα ετερα πν. πον. εαυτ. ACRΔ* (e correctura ut videtur scribae) multique alii codd. unc.; *αλλα επτα πν. πον. εαυτ. D.*

και εισελθοντα BℵACDRL aliique; *και ελθοντα* sec. Tisch. comm. *ESUVΓΔ* aliique; *και ελθων G* aliique duo.

εκει post *κατοικει* om. *C*[„cum rasura ab *εκει* incipiat, hoc ipsum antea defuisse statuerim" Tisch.]*D.* 33. 122 et codd. a Scrivenero collati.

27. *δε* post *εγενετο* omnes habent excepto *Δ.*

Sequentia de muliere verba codices duplici potissimum modo collocant aut ab elevatione vocis aut a muliere inchoantes: *επαρασασα τισ φωνην γυνη εκ του οχλου BℵL;* levique ordinis mutatione admissa *επαρ. τισ γυνη φωνην εκ τ. οχ. ACRXΓΔΛΞ* et plerique alii, ad quos prope accedunt qui *φωνην* post *εκ τ. οχ.* ponunt *KΠ;* ab altera parte *γυνη τισ επαρ. φωνην εκ τ. οχ. D.*

(B) . . . Verba *και μη ευρισκον* latini nostri simpliciter reddunt: *et non inveniens,* exceptis Vindobonensi et Colbertino, qui circumscribunt *et cum non inuenerit.*

Illud de quo supra vidimus *τοτε [λεγει]* latine nonnisi in Veronensi et Redigerano nobis obviam est, eo tamen discrimine, ut ille *τοτε λεγει* vertat *tunc dicet,* hic *Tunc dicit.*

25. *ελθων* sive *ελθον* Brix. Cantabr. Sangall. Colb. vertunt *ueniens;* Cur. Veron. Palat. Vindob. Monac. Redig. Corb. Vulg. *cum uenerit.*

ευρισκει Cur. Palat. Monac. Cantabr. Redig. Sangall. Corb. Colb. simpliciter reddunt *inuenit,* Vulg. *inuenit eam;* Veron. et Vindob. *inueniet;* Brix. *inuenerit:* quae versiones quo in fundamento nitantur ex iis quos novimus codd. graecis hauriri non potest.

σχολαζοντα latine *uacantem* nonnisi in Brix. Redig. ac Sangall. invenitur: quam versionem in eo quem ultimo loco diximus codice esse obviam ea de causa maxime mirabile est, quia graecus istius codicis textus verbo *σχολαζοντα* caret. Qua re mihi persuadetur codicis Sangall. autorem in adornanda versione interlineari vel unum vel plures fortasse codices latinos usurpasse.

Verba *σεσαρωμενον και κεκοσμημενον* in codd. lat. modis maxime variis tractata cernuntur. Quorum plurimi Veron. Brix. Vindob. Monac. Sangall., Corb. vertunt *scopis mundatam et ornatam,* quibuscum consentiunt Redig. et Colb., nisi quod pro *et ornatam* ille porrigit *atque exornatam,* hic *et compositam.* Scopas mittunt Cur. et Palat., ceterum eo inter se diversi, quod ille habet *commundatam et ornatam,* hic *emundatam et compositam.* Codex Cantabr., qui particula *και* caret, in latino quoque textu, gravi praeterea sphalmate admisso, haec participia haud colligata repraesentat *(mundatum adornatum).*

26. *tunc* ante *uadit* Cur. Veron. Brix. Palat. Monac. Sangall. Colb. Vulgatae ed. Sixt.; *et tunc* Vindob. Redig. Corb. Vulgatae cod. Amiat.; om. Cantabr.

et adsumit Cur. Vercell. Veron. Palat. Vindob. Monac. Cantabr.; *et assumit* Brix. Colb. Vulgatae cod. Amiat.; *adsumit* absque *et* Corb.; *et adsumit secum* secundam illam quam vidimus lectionem Sinaitici et c. Ephraemi Redigeranus et Vulg. ed. Sixt.; Sangall. licet in graeco textu nonnisi *και παραλαμβανει* habeat pro scholastica indole sua *et sumit uel accipit.*

Lectionem Alexandrini *επτα ετερα πν. πον. εαυτ.* Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb. Sangall. [cuius textus latinus secundam regulam graeci legendus est] et Vulg. sequuntur *(septem alios spir. neq. se),* neque longe ab illa Corb. et Colb. absunt qui omisso *se* habent *septem alios neq. spir.*; lectionem Cantabrigiensis praeter latinam eiusdem textum codex Palat. sequitur *(alios sept. spir. neq. se);* quibus verbis Cur et Vercell. praemittunt *adhuc,*

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
nequiores se | Et ingressi inhabitant et fit nouissimae huiusmodi hominis uita peior peiori . . — —	quiores se et intrant et habitant et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus	nequiores et regressi inhabitant. et fit huiusmodi hominis uita multo peior prioris.	tem spiritus nequiores se· et ingressus inhabitat· et fit huiusmodi hominis uita· multum peius priori	nequiores se et ingressi habitant ibi et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus	septem nequiores spiritus· et introeuntes inhabitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius.⁀ peiora prioribus.	quiores se, et ingressi habitant ibi, et sunt novissima hominis illius peiora prioribus.
[27]Factum est autem cum haec diceret extollens uocem quaedam mulier de turba	[27]factum est autem in eo cum diceret haec mulier quaedam eleuans uocem de pleue	[27]Factum est cum haec diceret et extollens uocem quedam mulier de turba dixit illi	[27]Factum est aute̅ cum haec diceret. et extolle̅s uocem quaedam mulier dixit illi·	[27]Factum est in cum diceret dicendo eum haec extollens quaedam mulier uo-	[27]Factum est autem cum ista diceret. mulier quędam de turba levavit vocem et	[27]Factum est autem cum haec diceret, extollens vocem quaedam mulier

Cod. Cantabr. quae v. 26 et 27 per admissum scribae sphalma intervallo satis longo inter se dissociat *fiunt* et *nouissima*, heic ego iustum in ordinem redegi.
Cod. Sangall. v. 26 levi calami lapsu scribit *poribus*. Mt. 12, 45 missa abbreviatione recte dat *prioribus*.
Cod. Corb. v. 26. Prima manus scripsit NEQUIORESET id quod supra editum est. Sed vel eadem vel alia prisca manus eum sine dubio in finem, ut legeretur NEQUIORES SE illarum literarum penultimam atque antepenultimam S et E punctis instruxit (·SE·).
Editio Sixt. v. 24 pro *perambulat* legit *ambulat;* v. 25 verbo *invenit* pronomen *eam*, totique versui vocc. *et ornatam* addit; v. 26 omittit initiale *et*, post voc. *spiritus* intrudit *secum* et pro *sunt* habet *fiunt;* v. 28 pro *Quippini* legit *Quinimo* verboque *custodiunt* adfigit *illud*.

(B) . . . Redig. vero abrogat *alios;* Vaticani sociorumve eius exemplo, quod durinsculi generis videri poterat, a latinis interpretibus obtemperatum esse non animadverto. — Irregularem comparativi formam *nequitiores*, quam Brix. continet, alibi nondum inveni, quam ut formaret interpres vocabulo *nequitia* seductus esse videatur.

και εισελθοντα κατοικει εκει Cur. et Vercell. *et intrantes inhabitant;* Brix. Sangall. Vulg. *et ingressi habitant ibi;* quibus simillimus vel Monac. *et ingressi inhabitant* vel Vindob. *ingressi inhabitant;* Corb. *et regressi inhabitant;* Colb. *et introeuntes inhabitant ibi;* soluta constructione participiali Cantabr. *et intrant et habitant.* Qui omnes varia quidem ratione participii formam pluralem sequuntur. Singularem tum Veron. et Redig., tum Palatinus sequitur, illi ita ut constructionem participialem servent: *et ingressus inhabitat,* hic eandem solvendo: *et introiit et inhabitat.* Itaque tredecim e codicibus nonnisi quattuor illud *εκει*, quod in maiore graecorum codicum parte invenitur, conservarunt.

In vertendis verbis *και γινετει τα εσχατα του ανθρωπου εκεινου χειρονα των πρωτων* duplex latinorum codd. classis discernenda est: una eorum qui singula vocc. graeca singulis latinis vario modo reddiderunt, altera eorum, qui liberiori vertendi methodo utentes commatis sententiam expresserunt. Quorum illi *τα εσχατα του ανθρ.* simpliciter per *nouissima* hominis reddentes, quod ad reliqua vocc. *γινεται* et *εκεινου* attinet, ita in varia discedunt, ut Cur. Vercell. Cantabr. Colb. Vulgatae ed. Sixt. et Palat. exhibeant *et fiunt nouiss. hom. illius* [Palat. *huius*]. Sangall. et Vulgatae cod. Amiat. *et sunt nouiss. hom. illius,* Brix. *et erunt nouiss. hom. illius.* Alteram classem vel Vindob. Redig. Corb. et Veron. constituunt, qui fortasse legentes *και γινεται τα του ανθρωπου τοιαυτου* (absque *εσχατα*) rem descripserunt: *et fit huiusmodi* [Veron. *eiusmodi*] *vita,* vel Monac., qui ms. graecum hoc verbo non destitutum sequens vertit *et fit nouissima huiusmodi uita.* Quarum aut huic aut illi addicti in vertendis reliquis verbis *χειρονα των πρωτων* sive quod nonnulli legisse videntur *πολλω χειρονα των πρωτων* vel plurali numero usi sunt Cur. et Vercell. *peiora priorum,* Brix. Cantabr. Sangall. et Vulg. *peiora prioribus,* Palat. *deteriora prioribus,* vel singulari Veron. Vindob. Corb. *multo peior prioris,* Monac. *peior priori* et Redig. sententiam generalius exprimens *multum peius priori.*

27. *autem* post *factum est* in Sangall. et Corb. deest; reliqui habent.

Verba *εν τω λεγειν αυτον ταυτα* Curiensi et Vercellensi sunt *dum* (Verc. *cum*) *haec diceret ipse*, plurimis i. e. Veron. Brix. Vindob. Monac. Redig. Corb. Vulg. *cum haec diceret;* Palatino et Colb. *cum ista diceret;* Cantabr. *cum diceret haec.* Scholasticam indolem suam Sangall. proposita duplici versione prodit: quorum altera alteri addita atque indita est: *in cum diceret dicendo eum haec* i. e. *cum diceret haec* et *in dicendo eum haec.*

Duo illa codicum genera, quae sub A vidimus, apud Latinos quoque invenimus eaque vario modo comparata. Cur. et Verc. omissis verbis *εκ του οχλου* habent *leuata uoce quaedam mulier;* aliam sequentes versionem Veron. Redig. Corb., verbis illis itidem omissis, *et* [om. Veron.] *extollens uocem quaedam mulier,* quibus proximi sunt

(C) **26.** Pacian. [episc. Barcelon. circa a. 370] de bapt. p. 319: *Et fiunt novissima eius deteriora prioribus:* quae maxime cum cod. Palat. conveniunt.

27. Tertull. adv. Marc. III, 11: *Beatus venter qui te portavit et ubera quae hausisti* [cod. Tert. Vat. *sumpsisti;* Pamelius conj. *suxisti*]. Ambrosius de bened. Patr. c. 11: *beatus venter, qui te portavit; et ubera quae suxisti.* August. tr. 10 in Io. Opp. III, 369 *Felix venter, qui te portavit* [Sab.], quem ad locum adhibeas, quae Tertull. adv. Marc. IV, 26 ait: *felicitatem ab utero et uberibus matris transtulit in discipulos* et de carne c. 7 *feliciores designans qui verbum dei audiunt.* Hos aliosque locos Tertulliani, quibus ad mulieris et Christi effata belle alluditur habes in Roenschii lib. laud. p. 194.

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
αυτω μακαρια η	illi beatus uenter	beatus venter qui	tus uenter qui te	turbis et dixit illi	de turba dixit illi	dixit illi beatus
κοιλια η βαστασα	qui te portauit et	te portavit et	portauit et ubera	beatus uenter qui	beatus uenter qui	uenter qui de por=
σε και μαστοι ουσ	ubera quae suxisti	ubera quae suxisti	quae suxisti	te sustulit et mam= mae qui te lacta=	te portauit et ube= ra quae suxisti.	tauit et ubera quae susxisti
εθηλασασ [28]*αυ-τοσ δε ειπεν με-*	[28]qui ait illis beati	[28]qui ait illi beati	[28]Ad ille dixit ad eos beati qui au=	uerunt. [28]Ipse au=	[28]Ad ille dixit.	[28]ad ille dixit ad
νουν μακαριοι οι ακουοντεσ τον λο-	qui audiunt uer=	qui audiunt uer=	diunt uerbum d̅i̅	tem dixit immo qui audiunt uer=	beati qui audiunt	eos beati qui audiunt | Uerbum
γον του θ̅ν̅ και φυλασσοντεσ	bum d̅i̅· et custo=	bum d̅i̅ et custo=	et custodiunt	bum d̅i̅ et custo=	uerbum d̅i̅ et cu=	d̅i̅ et custodiunt |
[29]*των δε οχλων*	diunt [29]Turba au=	diunt [29]Turba au=	[29]Turbis autem	diunt [29]et cum turbae colligeren=	stodiunt [29]Turbis autem concurren=	[29]Turbis autem
επαθροιζομενων	tem conue[niente]	tem conueniente..	concurrentibus . .	tur . .	tibus . .	concurrentibus . .

(A) 28. *αυτοσ δε* plurimi; *και αυτοσ C; ο δε D.*
μενουν BℵALΔΞ aliique pauci; *μενουνγε CDXΓΔΠ* Vaticani corr. B^3 et alii plerique.

(B) . . . Brix. Vind. Vulg. *extollens uocem quaedam mulier de turba* et Sangall. *extollens quaedam mulier vocem de turba.* Alterum genus eorum est qui Cantabrigiensis instar a muliere inchoant: lat. Cantabr. interpres: *mulier quaedam elevans vocem de pleue;* itemque Palat. et Colb. soluta constructione participiali ille: *mul. quaed. leuauit uoce de turbis et;* hic: *mul. quaed. de turba leuauit uocem et . . .*

Verba benedicentia *μακαρια η κοιλια*, quae fere in omnibus graecis eodem utuntur tenore, quandoquidem talis sunt simplicitatis quae versionum multiplicitatem vix admiserit, in latinis nonnisi paucis varietatibus distincta sunt. Participium *η βαστασασα* quod a plurimis vertitur *(uenter) qui te portauit*, a Palat. redditur *qui te sustulit*, a Cantabr. *qui te baiolauit;* et phrasis *μαστοι ουσ*, quae plurimis est *ubera quae*, in Cantabr. versa cernitur *mamillae quas*, in Sangall. vero, qui non unam nobis iam repraesentavit vertendi singularitatem, *ubera quae uel quas:* quam versionem eo explicandam arbitror quod illius auctor ad perficiendum negotium pluribus utebatur codicibus, quorum unus *ubera*, alius *mamillae* praebuit, quo factum est ut vocabulo illi duplicem relativi formam apponeret.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e. c. Am.
dixit illi — Beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti.	dixit illi ueatus uenter qui te baiolauit et mamillae quas suxisti	beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti.	Beatus uenter. qui tᵉ portauit· et ubera quae suxisti·	cem de turba dixit illi beatus uenter qui portauit te et ubera quae vel quas suxisti	dixit ei. Beatus venter qui te portavit. et ubera que suxisti.	de turba dixit illi Beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti.
[28]ad ille dixit ad eos beati qui audiunt uerbu̅ di̅ et faciunt.	[28]ad ille dixit etiam beati qui audiunt uerbum dm̅i et custodiunt	[28]at ille dixit ad eos beati qui audiunt uerbum di̅. et custodiunt	. . . .	[28]ipse autem dixit quinimmo beati audientes vel qui audiunt uerbum di̅ et custodientes	[28]Ipse vero dixit ei. Immo.⌐ beati qui audiunt verbum Dei.⌐ et custodiunt.	[28]At ille dixit Quippini beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt.
[29]turbis autem concurrentibus . .	[29]turbis autem congregatis . .	[29]Turbis autem concurrentibus . . .	. . . .	[29]turbis autem concurrentibus . .	[29]Turbis autem congregatis.⌐ . .	[29]Turbis autem concurrentibus . .

(B) 28. Graecorum codd. varietati latini respondent. *Qui ait illis* (Verc. *illi*) Cur. et Verc.; *ad* [Corb. *at*] *illi dixit ad eos* Veron. Vindob. Monac. Corb. [et Maior. Monast.], atque omissis vocc. *ad eos* Cantabr. et Vulg.; *Ipse autem dixit* Palat. et Sangall.; *Ipse vero dixit ei* Colb. [Redig. hic et in sequentibus deficit].

Illud *μενουν* sive *μενουνγε* praetermittunt Cur. Verc. Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb.; vertunt *immo* Palat. et Colb., *etiam* Cantabr., *quippini* Amiat. [*quippeni* cod. Mart. Turon., *quippe hi* cod. Gat.] *quin immo* Sangall. et Sixt. [haec *imo*].

Verba *μακαριοι* etc. latini omnes fere eodem modo vertunt, nisi quod Palat. omittit *beati,* Sangall. pro more duplicem statuit versionem *beati audientes vel qui audiunt verbum dei et custodientes* et Sixt. verbo *custodiunt* affigit *illud.*

29. Verborum *Των δε οχλων επαθροιζομενων* apud latinos quadruplex interpretatio: *Turba autem conueniente* Cur. et Vercell.; *Turbis autem concurrentibus* Veron. Brix. Vindob. Monac. Sangall. Corb. Vulg.; *et cum turbae colligerentur* Palat.; *turbis autem congregatis* Cantabr. et qui haud raro cum eo facit Colbertinus praebent.

(C) 28. Tertull. adv. Marc. IV, 26: *Imo beati qui sermonem Dei audiunt et faciunt;* Lucif. Cal. pr. S. Athan. p. 204 *Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud* (heic lectionem habes Sixtinae supra allegatam); August. l. c. *Imo felices, qui audiunt verbum Dei et custodiunt* [Sab.].

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
16 . . . *εδησεν ο σα- τανασ ιδου δεκα και οκτω ετη ουκ εδει λυθηναι απο του δεσμου του- του τη ημερα του σαββατου* 17 *και ταυτα λεγοντοσ αυτου κατησχυ- νοντο παντεσ οι αντικειμενοι αυτω*	16 . . . alligauit sa- tanas ecce iam· XUIII· annis non oportebat solui a uinculo hoc die sabbati | 17 Haec dicente eo con- fundebantur om- nes qui adversan- tur ei et omnis	16 . . . alligauit sa- tanas ecce XUIII· anni non oporte- bat solui a uin- culo hoc die sab- bati 17 Haec di- cente eo confun- debantur omnes qui aduersaban- tur ei et omnis	16 . . . alligauit sa- tanas ecce X· et UIII· annis non oportuit solui a uinculo die sab- bati – 17 et cu¯ | haec diceret eru- besceban¯ | ad- uersarii eius et omnes populus	16 . . . alligauerat satanas annis XUIII non | Opor- tuit solui a uin- culo die sabbatis· 17 et co|fusi sunt qui ei aduersaban- tur· et omnis po- pulus gaudebat in	16 . . . alligauit Sa- tanas. annis de- cem et octo non oportuit solui a uinculis istis die sabbati. 17 Et cum haec diceret eru- bescebant omnes qui resistebant ei. et omnis populus	16 . . . [quam] ligauit satanas ecce XUIII annos non oportuit solui a uinculo isto die sabbati 17 et cum haec diceret eru- bescebant aduer- sarii eius et omnis

Cod. Vatic. Augusto Wiesingero teste Romana codicis editio in hoc altero evangelii Lucani fragmento ab editione Tischendorfiana nonnisi iis quas in textu exprimendas curavi literis vel syllabis superscriptis differt.

Fragm. Cur. Quac minutioribus typis utuntur. a prisca manu in textum illata esse monui; quae vero obliquis literis impressa sunt, in coniectura mea posita esse scias. Ceterum qui in cod. deprehenditur interpunctionis defectus in potissimis est vetustatis indiciis. Quae puncta adsunt aliquorum verborum abbreviationibus inserviunt; eaeque ipsac rarissimae.

Cod. Vercell. Iis, quae de quibusdam codicis istius lectionibus supra (p. 9) scripta sunt, hoc loco e Bernardini Peyronis literis mihi redditis duas adiicio animadversiones. De v. 25 ille haec scribit: *(Noto) che nel brano del fac-simile l'Irico lesse* nec poterint introire. *Ma senza alcuno dubbio bisogna leggere come il Bianchini* nec poterunt introire. — Porro de versu 27: *Bianchini p. CLXXX Col. 1a lin. 24* Operarii in . .; *nel codice p. 438 leggesi* operari in . .

Cod. Veron. v. 18 *extimabo,* Blanch. *existimabo;* v. 19 *ila,* Blanch. *illa;* v. 25 simplex *dme,* Blanch. *Domine Domine.* In hoc codice abbreviationis genus cernitur, quod mihi quidem in aliis codd. vetustis obviam vix fuit: DICER¯ pro DICERE (v. 26) ACĒSSERUNT pro ACCESSERUNT.

Cod. Brix. v. 25 *pulsauerit,* Blanch. *pulsare;* v. 27 *iniquitate,* Blanch. *iniquitatem;* v. 30 *nouissimi,* Blanch. *in novissimis.* Illud *perFicio* (v. 32) absque dubio ex eadem scribendi singularitate explicandum, qua in Palatino v. 31 *pha* \| *Risaeis* sive v. 33 *ex* \| *Tra* scriptum est. — Quod v. 19 hic (et in cod. Corb.) legitur *senapis* aperte eam vocabuli formam, quae tum in romanensibus linguis est (sènapa, sénevé) tum in vernacula, praeformat.

Cod. Palat. nonnulla quidem hac in parte sphalmata admittit, v. 23 *saluentur* pro *qui saluentur,* v. 25 *nobis,* quod a correctore emendatum vides, pro *uobis,* v. 29 *reg* pro *regno,* v. 33 *crastino sequenti* pro *crastino et sequenti;* in universum vero textu aequali et qui hic illic verenda vetustatis vestigia prodat utitur. De formis tum vocabuli *osteum* v. 24. 25 tum nominis *habraham* v. 28 conferas quae ad cod. Cantabr. adnotabuntur.

Codicis Vindob. editio Alterana hic quoque haud paucis erroribus laborat. Alterus v. 16 punctum post *sabbati* intrudit quod in cod. non est; v. 17 scribit *praeclaris,* cod. *praeclariis;* v. 19 *simile est,* cod. *similest;* v. 23 *quidem,* cod. *quiDam;* ib. correcturam, quae a prima manu facta videtur (fiant with u superscript) negligens edit *fiant;* v. 24 scribit *angustum,* cod. *angustium;* v. 28 *expellit,* cod. *expelli;* v. 29 *ab,* cod. *et;* v. 31 omittit *quia;* v. 32 scribit *sqenti,* cod. *seqenti.* In ipso codice v. 18 post *Dicebat ergo* verba *cui simile est regnum di· et* scribae sphalmate omissa et quae sequuntur *simile est* properante eius calamo in unum contracta vides.

(A) **16.** *δεκα και οκτω ετη BℵAL*[*C* toto cap. XIII et *R* versibus 16—26 truncati] Orig. Euseb. [*δεκ. κ. οκτ. ετεσιν*]; *ετη ιη D.*

απο BℵADL, εκ Δ. Sed haec codicum graec. differentia ad variandos latinos ullius valoris non est.

17. *και ταυτα λεγοντοσ αυτου* itemque *παντεσ BℵAL; D* om.

οχλοσ BℵAD, λαοσ L et *G* aliique pauci.

Verborum *επι πασιν — αυτου* duplex potissimum textus, alter quem supra positum vides codicum *BAL* [sed hic *γινομενοισ, A γεινομ.*], cui accedunt ℵ et *E,* nisi quod ille *λεγομενοισ* habet pro *γινομενοισ,* hic vocc. *εν πασιν* omittit; alter codicis *D οισ εθεωρουν ενδοξοισ υπ αυτου γεινομενοισ.* Ille ut verbis utar obiectivae est indolis, hic subiectivae.

(B) **16.** *εδησεν* simplicissime Vindob. et Cantabr. vertunt *ligauit;* compositum *alligauit* Cur. Verc. Veron. Brix. Monac. Sangall. et Vulg. proponunt; plusquamp. *alligauerat* Palat. Corb. (corr. ex *alligauerit*) Redig. et Colb. exhibent.

ιδου plurimi per simplex *ecce,* Cur. per *ecce iam* reddunt. Reliqui quattuor Brix. Palat. Redig. et Colb. omittunt.

In vertendis verbis *δεκα και οκτω ετη* tres cernuntur classes latinorum codicum: quarum prima *ετη* per nominativum *anni,* altera per ablativum *annis,* tertia per accusativum *annos* interpretantur, adde quod aliqui sunt qui vel *annis* vel *annos* vocabulo numerali praemittunt, alii, qui postponant. Habent enim Verc. et Cantabr. *XVIII anni;* Cur. *XVIII annis;* Veron. Sangall. Colb. Vulg. *X et VIII annis;* Monac. *decem et octo annis;* Palat. *annis XVIII;* Brix. et Redig. *annis decem et octo;* Vindob. *XVIII annos;* Corb. *dece et octo annos.*

εδει plurimis est *oportuit;* Curiensi, Verc. et Cantabr. quod latino stylo adaptatum est *oportebat*

απο του δεσμου τουτου Cur. Verc. et Cantabr. simplicissime *a vinculo hoc;* Veron. et Palat. *a vinculo;* Vindob. Monac. Corb. Redig. Sangall. Colb. Vulg. *a vinculo isto;* Brix. *a vinculis istis.* Aliam sub C apud Hier. invenies verborum versionem.

του σαββατου omnes *sabbati* excepto Palatino qui habet *sabbatis.*

17. Verba *και ταυτα λεγοντοσ αυτου* secundum variam graecorum codd. conformationem a latinis aut omittuntur, aut vertuntur idque vario modo. Palat. et Cantabr. omittunt; reliqui vertunt et quidem vel soluta constructione

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e e. Am.
16 . . . alligauit satanas ecce decem et octo annis non oportuit solui a uinculo isto die sabbati. 17 et cum haec diceret erubescebant aduersarii eius· et omnis populus gau=	16 . . . [quam] ligauit satanas ecce anni ·XUIII· non oportebat solui a uinculo hoc die sabbati 17 et confundebantur aduersarii eius et omnis populus gaudebat in om=	16 . . . adligauerit satanas ecce dece | et octo annos non oportuit solui a uinculo isto die sabbati. 17 et cum haec diceret erubescebant aduersarii eius. et omnis populus	16 . . . alligauerat satanas annis dece¯ et octo. nȯn oportuit solui. a uinculo isto d^i^e sabbati. 17 Et cum haec diceret. erubescebant aduersarii eius et omnis	16 . . . alligauit satanas ecce X et VIII annis non oportuit solui a uinculo isto die sabbati 17 et haec dicente eo erubescebant omnes aduersarii eius et	16 . . . alligaverat satanas X & VIII annis. non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? Et cum hęc diceret.~ erubescebant omnes aduersarii eius. & omnis populus	16 . . . alligauit satanas ecce decem et octo annis non oportuit solvi a uinculo isto die sabbati? 17 Et cum haec diceret, erubescebant omnes aduersarii eius et omnis populus

Codicem Monac. nonnullis videmus scriptionis mendis laborare, quae vel ex manca dictantis pronunciatione vel ex infirmo scribentis auditu explicantur. Voc. *sinapis* (v. 19) cuius formam vulgarem codd. Brix. et Corb. exhibent, hic scribitur *synapis;* verba proxime sibi adiacentia *grano* et *acceptum* regularem flexionem inter se ita commutaverunt, ut scriberentur *granum* et *accepto.* Verbum *existimabo* vero vulgari pronunciandi defectu scriptum est *extimabo;* cuius syllabarum contractionis idem exemplum tum in cod. Veron. tum in ed. mea cod. Fuldensis p. 333,18 et 396,35 invenitur.

Codicis Cantabr. scribam his in locis nonnulla negligentiae signa exhibere ex. gr. v. 29 *ab oriente et occidentem* v. 32 *damonia,* id quidem negari nequit. Sed quae idem v. 25. 26. 27 habet *osteum,* quod heic in Palat. quoque legitur, et *in conspecto tuo* et *operari,* (pro *operarii*), quod in Vercellensi quoque atque in Palatino hoc loco cernitur, ea non tam illius socordiae, quum vulgari sui temporis sermoni latino debentur. *Ostea* in fragm. Weingart. IV, p. 19, *osteum* hic iuxta in cod. Redigerano, porro in cod. Novi Test. Fuld. p 433,4; *recubitos* pro *-tus,* quod illi *conspecto* pro *-tu* respondet ib. 126,17; atque istud *operari,* cui tritissimum illud *fili* pro *filii* aequale est, hoc loco in cod. Vercell. deprehenditur.

Cod. Corb. vocabulorum formis vetustissimis insignis ut supra ita hac quoque in parte multa aliter habet posita, ac quae secundum Sabaterii notas et paucissima quae apud Blanchinum cernuntur textus specimina exspectaveris: v. 16 non *annis* sed *annos;* v. 17 non *uidebat* sed *uidebat* (n); v. 18 non *sinapis* sed *senapis;* v. 24 non *ostium* sed *hostium;* v. 26 non *bibimus* sed *uiuimus;* v. 27 non *discedite* sed *rccide* quod recentior quaedam manus mutavit in *recedite;* v. 33. 34 non *hierusalem* sed *iherusalem.* Ad quae nonnulli quos Sabaterius correxit calami lapsus accedunt v. 18 *similis* pro *simile;* v. 25 *ḅostium* pro *hostium* sive *ostium; pusare* pro *pulsare; dicens* pro *dicit.* De aspirata illa forma, qua voc. *ostium* tum hic tum in codd. Palat., Saugall. et Colbert. vestitum est, in ed. mea codicis Novi Test. Fuldensis (proleg. XXVIII) atque in H. Roenschii Vulg. et Itala p. 463 agitur. Nomen *abrahae* iuxta in Palat. v. 28 aspiratum cernitur.

In cod. Redig. tum nonnulla in scribendo sphalmata commissa vides (v. 24 *oteum* pro *osteum,* v. 29 *aquilo* pro *aquilone,* v. 31 *uulte* pro *uult te*), quae posteriore quadam manu emendata sunt, tum vulgarem illam vocabuli *ostium* qua *osteum* scribitur formam ter usurpatam v. 24. 25. Sed haec parva. Maius est, quod codicis Redig. scriba illa verba, quibus cod. Vat. versum 33 inchoat *πλην δει με* etc omisit. Unde factum est, ut posterior quidam corrector eraso verbo *Ite* uncialibus quidem sed minutis literis usus illa quae supra posuimus verba intra lineas inferret.

Codicis Sangall. scriptor, de cuius indole iam supra vidimus, hoc quoque in capite tum singula graeca (v. 17) prorsus non vertit, tum alia (v 21 22. 24. 28) duplici interpretatione instruxit.

A codicis Colbert. textu Sabateriana eius editio hac quoque in pericopa non recedit nisi nonnullis vel interpunctionis vel scriptionis variationibus. In codice legitur v. 17 *preclaris,* v. 18 *estimabo,* v. 19 *ortum,* v. 25 *hostium,* v. 28 *sahac;* in editione *praeclaris, aestimabo, hortum, ostium, Isaac.*

Paullo maiora quidem, neque vero magna sunt, quae de ratione Amiatinum inter codicem atque Sixtinam Vulgatae editionem obtinent. Pro *existimabo* v. 18 in ed. Sixt. simplex *aestimabo* invenitur. Porro v. 21, *simile est fermento* (exclusa interrogatione); v. 24 *quaerent;* v. 25 *clauserit;* ib. *ostium incipietis* omisso *et;* v. 28 *prophetas in* omisso *introire;* v. 32 *Ite et dicite* inserto *et;* ib. *tertia die;* v. 33 *sequenti die.*

(B) . . . participiali (Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb. Redig. Colb. Vulg.) *et cum haec diceret,* vel retenta; inter quos Sangall. verba integra reddit *et haec dicente eo,* Cur. et Verc. vero fortasse codicibus graecis utentes, qui omittebant *και*, vertunt *Haec dicente eo.*

κατησχυνοντο sive quod *D* habet *κατησχυνθησαν* Curiensi, Vercell. et Cantabr. est *confundebantur,* Palatino *confusi sunt,* reliquis *erubescebant.*

omnes codicis graeci *D* vestigia sequentes Veron. Pal. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Redig. omittunt; reliqui habent.

οι αντικειμενοι αυτω (sive *αυτου L*) Veron. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Redig. Sangall. Colb. Vulg. *aduersarii eius.* Reliqui varia ratione circumscribunt: Cur. *qui aduersantur* [quod suspicor false scriptum esse pro *aduersabantur*] Verc. *qui aduersabantur;* Palat. *qui ei aduersabantur;* Brix. *qui resistebant ei.*

(C) **16.** Iren. II, 23: *quam alligavit satanas decem et octo annis, non oportebat solvi in die sabbati* eademque paullo variata IV, 8: *quam alligaverat sat. dec. et octo annis, non oportuerat solvi ab hoc vinculo in die sabbatorum?* Hilarius in ps. 136: *quam ligaverat sat. dec. et octo annis nonne oportuit solvi in die sabbati?* Idem in ps. 67 singulari seductus errore scribit *septem et decem* Ambros. in ps. 118 [ed. Ven. III, 317]: *quam ligavit satanas dec. et octo annis,* quae latius descripta ib. p. 242 video his verbis: *in Evangelio legisti, quia Abrahae filiam ligavit diabolus nequitiae suae vinculis, quam solvit Dominus die sabbati.* Ambrosiast. col. 292: *quam alligaverat dec. et octo annis non oportuit solvi a vinculo die sabbati?* Hieron. in Mich. II, col. 1508: *quam alligaverat satanas, non oportuit solvi de vinculo isto die sabbati?* in ep. ad Eph. IV, 363: *quam ligavit sat. iam dec. et octo annis, non oportuit solvi de uinculo hoc in die sabbati?* [Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
και πασ ο οχλοσ *εχαιρεν επι πασιν* *τοισ ενδοξοισ τοισ* *γενομενοισ υπ* *αυτου* [18]*ελεγεν ουν* *τινι ομοια εστιν* *η βασιλεια του θ̅υ̅* *και τινι ομοιωσω* *αυτην* [19]*ομοια* *εστιν κοκκω σιν-* *απεωσ ον λαβων* *ανθρωποσ εβαλεν* *εισ κηπον εαυτου* *και ηυξανεν και* *εγενετο εισ δεν-* *δρον και τα πε-* *τεινα του ουρανου* *κατεσκηνωσεν εν* *τοισ κλαδοισ αυ-* *του* [20]*και παλιν* *ειπεν τινι ομοιωσω* *την βασιλειαν*	populus gaudebat in omnibus miri= ficis quae fiebant ab illo | [18]Dicebat ergo cui simile est regnum d̅i̅· et cui adsimilab*o* illut [19]simile est grano sinapis quod ac= cepto homo misit in orto suo et cre= uit et facta est arbor et uolucres caeli requieuerunt in ramis eius [20]et iterum dixit Cui est simile regnu d̅e̅i̅· et cui adsi=	populus gaudebat in omnibus miri= ficis quae fiebant ab illo [18]Dicebat ergo cui simile est regnum d̅i̅· et cui adsimilabo illud [19]simile est grano sinapis quo ac= cepto homo misit in orto suo et cre= uit et facta est arbor et uolucres caeli requieuerunt in ramis eius [20]Et iterum dixit· Cui est simile regnum d̅i̅ et cui adsimila	gaudebat in prae= clariis quae uide= rant fieri ab ipso [18]Dicebat ergo cui simile est regnum d̅i̅ et cui simile illud esse exti= mabo — [19]simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in or= tum suu | et cre= uit et facta est arbor ila ut uo= lucres caeli re= quiescerent in ra= mis eius. [20]Et ite= rum dixit cui si= mil‾ ex*stimabo* regn*um* . . .	omnibus quae ui= debant praeclara fieri. ab illo | [18]Di= cebat ergo cui si= mile est regnum d̅i̅ et cui adsimi= labo illud [19]simile est grano sinapis quod cum acce= pisset homo misit in hortum suum | Creuit et factum est in arborem et uolatitia caeli ha= bitabant in ramis eius. | [20]Et iterum dixit illis. cui ad= similabo regnum	gaudebat in uni= uersis praeclaris uirtutib. quae ui= debantur fieri ab eo. [18]Dicebat ergo. cui simile est reg= num Di. et cui simile esse existi= mabo illud. [19]Si= mile est grano senapis. quod ac= ceptum homo mi= sit in hortum suum et creuit et facta est arbor magna. et uolu= cres caeli requie= uerunt in ramis eius. [20]Et iterum dixit cui simile ae= stimabo regnu‾ d̅i̅	populus gaudebat in praeclariis quae uiderant fieri ab ipso [18]Dicebat ergo cui simile illud existimabo [19]similest grano | Sinapis quod ac= ceptum homo mi= sit in hortum suu‾ | et creuit et facta est arbor et uolucres caeli re= quieuerunt subtus ramis [20]Et iterum dixit· cui simile aestimabo reg=

(A) 18. *ουν B*ℵ*L* et teste Tisch. 1. 13. 69. 157. 346, *δε AD* atque T^{woi}*XΓΔΛΠ* et plerique alii.
pro *του θεου U* aliique pauci *των ουρανων.*

19. *εγενετο εισ δενδρον B*ℵ*L*T^{woi} 251, quibus verbis *AXΓΔΛΠ* et plerique alii addunt *μεγα; D* om. *εισ;* nonnulli minuscc. 36. 248. 259 pro *εισ* habent *ωσ.*
variae graecorum codd. lectiones *κατεσκηνωσεν, -σκηνωσαν, -σκηνουν* non eae sunt, quae versionis latinae quodpiam discrimen constituant.
pro *εν τοισ κλαδοισ D υπο τουσ κλαδουσ.*

20. *και παλιν ειπεν B*ℵ*LG*T^{woi} aliique multi; *AXΓΔΛΠ* aliique plurimi om. *και;* totam phrasin omittens *D* sequen=tibus praefigit *η.*
*τινι ομοιωσω την βασιλειαν του θεου B*ℵ*L;* plenius *D* effert: *τινι ομοια εστιν η βασιλεια του θεου και τινι ομοιωσω αυτην,* quo fit, ut comma duobus e membris constet.

(B) . . . Quod praeter exspectationem est, usitatissima lectio *οχλοσ* nonnisi in cod. Sangall. versa apparet *turba;* plurimi latini secundum id quod in paucis legitur voc. *λαοσ* vertunt *populus.*
In sequentibus obiectivam textus indolem tum Cur. et Vercell. exhibent tum Vulgata. Illi habent *in omnibus mirificis quae fiebant ab illo;* haec *in uniuersis quae gloriose fiebant ab eo.* Subiectivam vero a pluribus vides exhiberi. Veron. Vindob. Monac. Redig. dant *in praeclaris* [Veron. et Vindob. *-riis*] *quae uiderant fieri ab ipso,* eademque Corb. praebet, nisi quod pro *uiderant* habet *uidebant;* Corbeiensi similis est Palatinus: *in omnibus quae uidebant fieri ab ipso;* versionem cumulatiorem Brixianus offert: *in uniuersis praeclaris uirtutibus quae uide-bantur fieri ab eo;* denique graeco textui adaptata Cantabr. tradit *in omnibus quibus uidebant mirabilibus ab eo fieri.* Cur Sangallensem non protulerim? Quia eius auctor loco vertendo haud par fuit, quandoquidem voc. *ενδοξοισ,* quod in cod. scriptum est *εν δοξοισ,* quid sibi vellet forsan non intellexerit.

18. Modicum graecorum manuscriptorum, quae *ελεγεν ουν* habent, numerum tribus exceptis omnes latini sequuntur exhibentes *Dicebat ergo;* codices plurimos graecos qui habent *ελεγε δε* nonnisi tres illi, Monac. Sangall. et Colb. excipiunt, in quibus legitur *Dicebat autem.*
Illius de qua supra vidimus lectionis *βασ. των ουρανων* in latinis nostris ullum vestigium non est.
Verba *ομοιωσω αυτην* a codd. latinis aut simpliciter vertuntur aut circumscribuntur. Vertunt varie: Cantabr. *similabo illut,* Sangall. *simulabo illud;* Cur. Verc. et Palat. *adsimilabo illud.* Item varie circumscribunt: Veron. *simile illud esse aestimabo,* Brix. Amiat. et verbis ultimis inter se traiectis Monac. *sim. esse existimabo illud,* Vindob. Corb. Redig. *sim. illud* [Redig. *illut*] *existimabo,* quibus simillima dant Colb. *sim. illud estimabo* et ed. Sixt. *sim. aestimabo illud.*

19. Vocabula *simile est grano sinapis,* si a quibusdam scriptionis proprietatibus in codd. Mon. Brix. et Corb. con=spicuis, de quibus in adnott. diplom. egimus, mentem averteris, communem omnium codd. latinorum interpre=tationem continent nisi quod in Colb., quo commodior esset pericopae lectio ecclesiastica, vocabula *regnum Dei* intrusa sunt.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
debat in praecla= ris quae uiderant fieri ab ipso . . — Dicebat autem cui simile est regnū dī. et cui simile esse illud estima= bo. [19]simile est granum synapis quod accepto ho= mo misit in hor= tum suum et cre= uit et facta est arbor grandis. Ita ut uolucres caeli requiesce= rent in ramis eius . . . [20]Et ite= rum dixit. cui simile aestima= bo regnum dī.	nibus quibus ui= debant mirabili= bus ab eo fieri [18]dicebat ergo cui simile est regnum dei̅ et cui similabo illut [19]simile est grano sinapis quo accepto homo mi= sit in hortum suum et creuit et facta est arbor et uo= latilia coeli habi= tauerunt sub ra= mos eius [20]aut cui simile est reg= num dei̅ et cui similabo illut	gaudebat in pre= claris quae uide= bant fieri ab ipso. [18]dicebat ergo cui similis est regnum dī. et cui simile illud estimabo. [19]simile est grano senapis quod ad= ceptum homo mi= sit in hortum suum et creuit et facta est arbor et uo= lucres caeli re= quieuerunt in ra= mis eius | [20]Et iterum dixit cui simile aestimabi= tur regnum dī.	populus gaudebat in praeclaris. quae uiderant fieri ab ipso· [18]Dicebat ergo. cui simile est regnum dī et cui simile illut ex= istimabo [19]Simile est grano sinapis· quod acceptum homo misit in hor= tū suum· Creuit et facta est arbor· ita ut uolucres caeli requiescant in ramis eius [20]et iterum dixit cui similem estimabo regnum dī	omnis turba gau= debat in uniuersis . . . . . ab eo [18]dicebat autem cui simile est regnum dī et cui similabo illud [19]simile est grano sinapis quod ac= ceptum homo mi= sit in ortum suum et creuit et factum est in arborem magnam et uolu= cres caeli habita= uerunt in ramis eius [20]iterum dixit cui simi(u)labo reg=	gaudebat in pre= claris, quę vide= rant fieri ab eo. [18]Dicebat autem. Cui simile est reg= num Dei. & cui simile illud esti= mabo? [19]Simile est regnum Dei grano sinapis· quod acceptum homo misit in or= tum suum· & cre= vit· & facta est arbor magna. & volucres cęli re= quieverunt in ra= mis eius. [20]Et ite= rum dixit. Cui si= simile estimo reg=	gaudebat in uni= uersis quae glo= riose fiebant ab eo. [18]Dicebat ergo Cui simile est regnum dei, et cui simile esse existi= mabo illud? [19]Si= mile est grano si= napis, quod ac= ceptum homo mi= sit in hortum suum et creuit et factum est in ar= borem magnam et uolucres caeli re= quieuerunt in ra= mis eius. [20]et ite= rum dixit Cui si= mile aestimabo

(B) . . . Vocc. *ον λαβων* variam versionem experta sunt, quatenus interpretes vel praedicati vel temporis vel utrius= que rationem habuerunt. Veron. Brix. Vindob. Corb. Redig. Sangall. Colb. Vulg. *quod acceptum;* Cur. Monac. *quod accepto;* Verc. Cantabr. *quo accepto;* Palat. *quod cum accepisset.*

εβαλεν εισ κηπον εαυτου sive quod alii codd. habent *αυτου* a plurimis i. e. a Brix. Palat. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Redig. Vulg. vertuntur *misit in hortum suum,* sive quam formam Veron. Sangall. Colb. sequuntur *in ortum suum.* Omnium antiquissimus vero, cod. Vercell. cum Cur., commixtis mittendi et serendi sive, qua voce Tertullianus utitur, seminandi (cf. quae sub C notata sunt) notionibus *misit in orto suo.*

et creuit omnes exceptis Palat. et Sangall. qui om. *et.*

Verborum de arbore secundum variam codicum graecorum lectionem varia apud latinos interpretatio. Plu= rimi, Cur. Vercell. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Redig. simplicem codicis *D* lectionem sequuntur *et facta est arbor;* quibus verbis Veron. addit *ila,* i. e. *illa,* Brix. vero et Colb. *magna.* Illud *εισ* a Palat. Sangall. et Vulg. exprimitur *et factum est in arborem* [Sangall. et Vulg. *magnam*]. Lectionis *ωσ* pro *εισ* apud latinos vestigium quodpiam non invenitur.

Verba de avibus coeli licet simplicissima sint varie tamen versa esse animadvertimus. Plurimi i. e. Cur. Vercell. Brix. Corb. Colb. et Vulg. habent *et uolucres caeli* (Colb. *cęli*) *requieverunt;* quibus similia Sangall. praebet: *et uolucres caeli habitauerunt.* Palat. et Cantabr. *et uolatilia caeli habitabant* (Cantabr. *habitauerunt*). Constructionem mutant Veron. et Monac. *ut* [Monac. *ita ut*] *requiescerent;* tum constructionem tum tempus Redig. variat: *ita ut requiescant.*

Sequentia plurimi reddunt *in ramis eius;* nonnisi pauci lectionem *υπο τουσ κλαδουσ* sequentes vel *sub ramos eius* (Cantabr.) vel *subtus ramis* (Vindob.) interpretantur.

20. *et iterum dixit* Cantabr. omittit. Reliqui omnes habent, ita tamen ut Palat. addat *illis,* Sangall. omittat *et.*

Bina commatis membra in codd. Cur. Vercell. Cantabr. inveniuntur: *Cui est simile regnū dei et cui adsimilabo* [Cantabr. *similabo*] *illut;* simplum vero in Veron. *cui simile extimabo regn . . .* atque in Brix. Vindob. Monac. Redig. Colb. *cui simile* [*-lem* Redig.] *aestimabo* [*estimo* Colb.] *regnum dī;* quam quaestionem passiva forma Corb. investit *cui simile aestimabitur regnum dī.* Singulari autem verbo utuntur Palat. et Sangall., et ille quidem *cui adsimilabo regnum dī,* hic *cui simi(u)labo regnum dī.*

(C) 18. 19. Ambros. in Luc. [ed. Ven. IV, 184]: *Cui simile est regnum Dei, et cui simile illud aestimabo? Simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum, et crevit: et facta est arbor, et volucres caeli requie= verunt in ramis eius.* Qua in vetusta loci citatione eandem, quam in codd. Cur. Vercell. et Cantabr. deprehen= dimus, memborum duplicitatem vides prolatam.

19. Tertull. adv. Marcion. IV, 30: *Simile est regnum dei, inquit, grano sinapis quod accepit homo et seminavit in horto suo,* de qua parabola idem in sequentibus, non absque iterata verborum *seminavit in horto suo* mentione, meditatur. Cf. H. Roenschii libr. laud. p. 204.

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
του θ̄υ [21]ομοια εστιν ζυμη ην λα- βουσα γυνη εκρυ- ψεν εισ αλευρον σατα τρια εωσ ου εζυμωθη ολον [22]και διεπορευετο κατα πολεισ και κωμασ διδασκων και πορειαν ποιου- μενοσ εισ ερoσο- λυμα [23]ειπεν δε τισ αυτω κε ει ολιγοι οι σωζομε- νοι ο δε ειπεν προσ αυτουσ [24]αγωνιζεσθε εισ- ελθειν δια τησ	milabo illut [21]si= mile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farina (mensuras tres) donec fer= mentaretur (totum) | [22]Et circuibat per ciuitates et uicos doceus (et iter faciens in) hyeroso= mis | [23]Dixit au= tem quida̅ illi dme si pauci sunt qui salui futuri sunt | Qui dixit ad illos [24]in*trate per* *angustum* ostium	[21]Simile est fer= mento quod ac= ceptum mulier ab= scondit in farina donec fermenta= retur [22]Et circui= bat per ciuitates et uicos docens hierosolymis [23]Dixit autem qui= dam illi domine si pauci sunt qui salui futuri suut Qui dixit ad illos [24]intrate per an= gustum ostium	[21]simile es*t fer*- mento quod ac= ceptum m̅ | lier abscondit in fa= rina donec fer= mentatum est to= tum [22]Et ibat per ciuitates et ca= stella docens et iter facien̅ | in hierusal̅ | [23]Et ait illi quida̅ | dme si pauci sunt qui salui . . . . ipse *aute*m dixit *ad i*l= los [24]contendite intrare per an=	d̅i [21]simile est fer= me̅ |to quod cum accepit mulier abscondit in fa= rinae mensuras quousque fermen= tetur totum. | [22]Et perambulabat per ciuitates et ca= stella doceus et iter faciens in hie= rusalem | [23]Dixit autem quidam illi d̅ne pauci sunt saluentur. ille au= tem dixit illis [24]elaborate in= troire per an=	[21]Simile est. fer= mento quod ac= cepto mulier. ab= scondit in farinae mensuris tribus. donec fermenta= tum est totum. [22]Et ibat ih̅s. per ciuitates et ca= stella. docens et iter faciens in hi= erusale̅ [23]Et ait illi quidam. d̅me. si pauci sunt qui salui fiunt ipse autem dixit ad illos. [24]contendite. intrare per an=	num di̅ [21]Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in fari= nam donec fer= mentatum est to= tum | [22]Et ibat per ciuitates et castella docens et iter faciens hie= rusalem [23]et ait illi qui | Dam d̅me si pauci sunt qui salui fiant (u) ipse au= tem dixit ad eos [24]contendite in= trare per angu=

(A) 21. Quae inter varias lectiones *εκρυψεν* (*BL* al) et *ενεκρυψεν* (*ℵAD* al) differentia est, latinos codd. nostros non tangit. *εισ αλευρον σατα τρια BℵADL.* Num ullus sit codex graecus qui haec verba non habeat, me quidem latet, sed vetustissimorum codicum latinorum textus facit ut suspicer graecos fuisse, qui haberent *εισ αλευρον*. *εζυμωθη, BℵAL ζυμωθη D.* Num quis codex sit, qui careat vocabulo *ολον*, nescio.

22. *και* om. *S;* habent *BℵADL.* | *διεπορευετο BℵADL, επορευετο H* aliique pauci. | Vocc. *πορειαν* [sive quod *ℵAL* aliique habent *ποριαν*] *ποιουμενοσ* in iis quos novimus codicibus non desideratur. | Nomen urbis sanctae *B* dicit *ερoσολυμα ℵL ιεροσολυμα ADΔ ῑλη̄μ* sive *ἱερουσαλημ.*

23. *ειπεν δε τισ αυτω* omnes gr. quos novimus. | *ει ολιγοι οι BℵAL, ει ολιγοι εισιν οι D* 124. 157. 300. Num graeci codd. sint, qui particula *ει* careant nescitur. | *ο δε ειπεν BℵAL; ο δε αποκριθεισ ειπεν D.* | *προσ αυτουσ BℵAL* 71. 225. 248; om. *D* 13. 69.

24. *θυρασ BℵDL* 1. 31; *πυλησ A* cui accedunt *XΓΔΛΠ* et alii plerique. Gravissimum est quod Tisch. affert Origenis testimonium *εν τω κατα λουκαν ειρηται, ουτωσ εχον. αγ. εισελθ. δ. τ. στ. θυρασ* etc. paullo post *εν τω κατα μαιθαιον — οτι στενη η πυλη* etc. *ισχυσουσιν BℵAL; Δ ισχυσωσιν; D ευρησουσιν.*

(B) 21. Verba *ομοια εστιν ζυμη ην λαβουσα εκρυψεν* licet satis simplicia atque vix una lectionis varietate sint distincta, vario tamen modo a variis interpretibus versa sunt. Plurimi habent *simile est fermento quod acceptum mulier abscondit* (Cur. Vercell. Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. Colb. et Vulg.) quibus proxime Brixianus accedit, qui pro *acceptum* legit *accepto* Auctor Cantabr. ut participium *λαβουσα* accuratius exprimeret, membrum relativum posuit *quod accipiens mulier abscondit.* Scriptor Palatini stylum latinum rectius exercens *quod cum acceperit mulier abscondit.* Interpres Saugall. quum quid rectius esset incertus haereret, utrumque participium adhibuit *quod acceptum vel -ens mulier abscondit.*

Ubi in graeco textu legimus *εισ αλευρον σατα τρια*, ibi Cur. Vercell. Veron. habent *in farina*, Vindob. Monac. Corb. Redig. Colb. *in farinam.* Reliqui textum praebent, cui vocc. *σατα τρια* vel *σατα* saltem subsunt: Palat. *in farinae mensuras*, Cantabr. *in farinae mensuras tris.* Brix. *in farinae mensuris tribus:* quae vertendi ratio quum non satis accurata videretur interpres Sangall. voc. graeco servato membrum vertit *in farinae sata tria.* Ac tam gravia haec verba prisco codicis Cur. correctori esse videbantur, ut originali eius textui intersererentur.

Secundum lectiones illas *εζυμωθη* et *ζυμωθη* versiones huius commatis in varia abeunt. Altera enim (codicum Veron. Brix. Vindob. Monac. Cantabr. Corb. Redig. Colb.) indicativum praebet *donec* [Cantabr. *usquequo*] *fermentatum est totum;* altera coniunctivum *donec fermentaretur* (codd. Cur. Vercell.) qua ex versione antiquissima recte concludas, fuisse quondam codd. graecos, qui vocabulo *ολον* carerent; sive *donec fermentaretur totum* (Vulg.) sive *donec fermentaret totum* (Sangall.). Quod quidem vocabulum quum in originali codicis Cur. textu locum non haberet ab homine nescio quo, fortasse ab eo ipso, qui codicem scripsit iuxta illatum est.

22. Huius versus vocula initialis *και* in codd. nostris latinis non desideratur. Graeco *επορευετο* latinum *ibat* (Veron. Vindob. Monac. Corb. Redig. Colb. Vulg.) non magis respondet, quam graeco *διεπορευετο* latinum *perambulabat* (Palat.). Quid latino *circuibat* subsit, an forte *περιεπορευετο*, incertum. Sangall. indolem scholasticam hic quoque prodit vertendo *et ibat vel perambulabat*

πολεισ και κωμασ omnes codd. nostri latini vertunt *ciuitates et castella* exceptis Vercell. et Cur. qui habent *ciuitates et uicos.*

Monac.

[21]simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinam donec fermentatum est totum — [22]Et ibat per ciuitates et castella docens. et iter faciens in hierusalem. . [23]dixit autem illi quidam | Dne et si pauci qui salui fiunt. ipse autem dixit ad illos [24]contendite intrare per

Cantabrig.

[21]simile est fermento quod accipiens mulier abscondit in farinae mensuras tris usque quo fermentatum est totum. [22]et circuibat per ciuitates et castella docens et iter faciens in hierusalem [23]dixit autem ei quidam dne si pauci sunt qui saluantur ad ille respondens dixit [24]certamini introire per an-

Corbeiens.

[21]simile est fermento quod adceptum mulier abscondit in farina¯| donec fermentatum est totum | [22]Et ibat ihs. per ciuitates et castella docens et iter faciens in ihersalem. [23]et ait illi quidam dne. pauci sunt qui salui fiant. ipse autem dixit ad illos [24]contendite intrare per

Rediger.

[21]Simile est ferme¯|to· quod acceptu¯|mulier·absco¯|dit in farinam donec fermentatum est totu·¯| [22]Et ibat per ciuitates et castella docens· et iter faciens in hierusale¯ | [23]et ait illi quidam dne pauci sunt qui salui fiunt ipse autem dixit ad illos. [24]contendite intrare· per an-

Saugall.

num dī [21]Simile est fermento quod acceptum uel-ens mulier abscondit in farinae sata tria donec fermentaret totum [22]et ibat uel perambulabat per ciuitates et castella docens et iter faciens in ierosalem [23]ait autem quidam illi dne si pauci qui saluantur ipse autem dixit ad illos [24]certate uel contendite in-

Colbert.

num Dei? [21]Simile est fermento· quod acceptum mulier abscondit in farinam. donec fermentatum est totum. [22]Et ibat per civitates et castella docens. & iter faciens in Jerusalem. [23]Et ait illi quidam. Domine si pauci sunt qui salvi fiunt? Ipse autem dixit ad illos. [24]Contendite intrare per

Vulg. nova c. c. Am.

regnum dei [21]et cui simile est? fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentaretur totum. [22]Et ibat per ciuitates et castella docens et iter faciens in Hierusalem. [23]Ait autem illi quidam Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos. [24]Contendite intrare per angu-

(B) . . . Verba *διδασκων και πορειαν ποιουμενοσ εισ* ab omnibus vertuntur *docens et iter faciens in* [*in* om. Vindob.] iisdem exceptis Vercellensi et Cur: qui, fortasse graecum quendam cod. sequentes, qui vocabulis *και πορειαν ποιουμενοσ* carebat, tradunt *docens hierosolymis [hyer.]*.

Quo in versu variam istius nominis formam a variis codd. datam animadvertas: plurimis (Veron. Brix. Palat. Vindob. Monac. Cantabr. Redig. Amiat.) urbs sancta sec. *ADΔ* audit *hierusalem;* Corbeiensi *ihersalem;* Sangallensi *ierosalem;* Colbertino et Sixtinae *Jerusalem;* Vercellensi vero altera illa, quae in cod. ℵL est, nominis forma placet *hierosolyma* sive quam Cur. offert *hyerosolyma.* Sed ne magni quid huic discrimini tribuamus vetamur versibus 33 et 34, ubi Cur. quoque et Verc. *hierusalem* offerunt.

23. Graecis tum ii respondent qui habent *Dixit autem quidam illi* (Cantabr. *ei quidam*) Cur. Vercell. Palat. Cantabr., tum Sangall. et Amiat. Sixtinae antecessor qui habent *ait autem quidam illi* (*illi quidam* Amiat.). Aliam vero, quam in codd. non amplius invenimus, lectionem graecam fuisse vel Veron. Brix. Vindob. vel Corb. Redig. Colb. qui habent *Et ait illi quidam.*

In vertendis verbis *ει ολιγοι [D εισιν] οι* latini interpretes triplicem viam sicuti sunt. Plurimi sive tribus exceptis omnes particulam *ει* reddiderunt *si;* eandem non verterunt illi tres, Palat. Redig. et Corb., inter quos Palat. commati praemittit *dne.* Iam vero plurimi eorum, qui verterunt, illud *εισιν*, quod paucissimorum graecorum est, vel verbo insistentes vel illud supplentes verbo *sunt* expresserunt; Monac. autem et Sangall. lectionem *ει ολιγοι οι* sequentes simpliciter interpretati sunt *si pauci qui.*

οι σωζομενοι codd. vario modo circumscribunt: Cur. Vercell. *qui salui futuri sunt;* Veron. [?] Brix. Redig. Colb. *q. s. fiunt;* Corb. *q. s. fiant* itemque correctionem expertus *[fiant]* (u superscr.) Vindob.; Cantabr. *qui saluantur;* Palat. omisso relativo *(pauci sunt) saluentur.*

Variantem lectionem suam *ειπεν αποκριθεισ ο δε* Cantabr. vertit *ad ille respondens dixit.* Reliqui *ipse autem dixit ad illos* [Vindob. *eos*] exceptis Palat. qui scribit *ille autem dixit illis* et Curiensi ac Verc., qui latino stylo inservientes vertunt *Qui dixit ad illos.*

24. *αγωνιζεσθε* (*βιαζεσθε* incertum) *εισελθειν.* Quasi legerint *εισελθετε* Vercell. et Cur. tradunt *intrate.* Sed plurimi habent *contendite intrare.* Electiora pro more praebent Palat. et Cantabr. Quorum ille *elaborate introire,* hic accuratius etiam *certamini introire* interpretatur. Sangall. duas versiones proponit *certate vel contendite.*

Post *δια τησ στενησ* vel unam vel alteram lectionem latini invenerunt interpretes: *θυρασ* Verc. Cur. Palat. Redig. Vindob. Monac. Corb. *(per angustum* [Vindob. *-tium*] *ostium)* et Cantabr. *(p. ang. ianuam); πυλησ* Veron. Brix. Sangall. Colb. Vulg. *(p. ang. portam).*

(C) 20. **21.** Ambros. in Luc. [ed. Ven. IV, 186] *Cui simile aestimabo regnum Dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totum.* August. tract. 9 in Io. col. 367: *Simile est regnum caelorum fermento, quod accepit mulier, et abscondit in farinae mensuris tribus, quoadusque fermentaretur totum.* [Sab.]

24. Lucif. Cal. pro Athan. II, p. 205: *Contendite intrare per angustum ostium: quia, dico vobis, multi quaerent et non poterunt.* Faust. Manich. ap. August. VIII, 464: *Contendite intrare per angustum ostium: multi enim venient quaerentes intrare, et non poterunt.* [Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
στενησ θυρασ οτι πολλοι λεγω υμιν ζητησουσιν εισελθειν και ουκ ισχυσουσιν [25]αφ ου αν εγερθη ο οικοδεσποτησ και αποκλειση την θυραν και αρξησθε εξω εσταναι και κρουειν την θυραν λεγοντεσ κ̅ε̅ ανοιξον ημιν και αποκριθεισ ερει υμιν ουκ οιδα υμασ ποθεν εστε [26]τοτε αρξεσθε λεγειν εφαγομεν ενωπιον	*quoniam* multi *dico uobis* quaerent *nec poter*int intro*ire* [25]Cum autem in*tra*uerit *paterfamilias et adclu*serit ostiu*m et* in*cipi*etis foris stare d*i*centes d̅m̅e̅· aperi nobis et respondens dicet nescio uos unde sitis [26]tunc incipietis dicere mand*u*cauimus	quoniam multi dico uobis quaerent nec poterunt introire [25]cum autem intrauerit paterfamilias et adcluserit ostium et incipietis foris stare dicentes d̅m̅e̅ aperi nobis et respondens dicet nescio uos unde sitis [26]tunc incipietis dicere manducauimus	gustam portam quia dico uobis multi quaerent et non poterunt [25]Ex quo surrexerit paterfamilias et cluserit ostiu̅ | et incipietis foris stare et pulsare dicentes d̅m̅e̅ domine aperi nobis et respondens dicet nescio uos unde sitis. [26]tunc incipietis dicer̅ | manducauimus coram	gustum osteu̅ quia dico uobis multi quaerent intrare et non poterunt [25]ex quo incipiet paterfamilias surgere et cludere osteum et incipietis foris stare et pulsare osteum dicentes d̅n̅e̅ aperi nobis | Et respondens dicet (u) nobis non noui uos ünde sitis· [26]tunc incipietis dicere manducauimus in	gustam portam dico uobis· quia multi quaerunt intrare et non poterunt. [25]Cum autem intrauerit paterfamilias. et clauserit ostium. Incipietis foris stare. et pulsauerit ostium. dicentes. d̅n̅e̅ d̅n̅e̅ aperi nobis et respondens dicet uobis. nescio uos unde sitis. [26]tunc incipietis dicere manducauimus coram	stium ostium quia dico uobis multi quaerunt intrare et non poterunt | [25]Cum autem intrauerit paterfamilias et cluserit ostium et incipietis foris stare et pulsare ostium dice̅ | tes d̅m̅e̅ d̅m̅e̅· aperi nobis | Et respondens dicet nescio uos unde sitis | [26]Tunc incipietis dicere manducabimus co=

(A) 25. *αφ ου αν εγερθη ο οικοδεσπ. BאAL; αφ οτου αν ο οικοδεσπ. εισελθη D.* Particulae *δε* post *αφ ου* nullum in iis quos novimus graecis codd. vestigium.

αποκλειση BאAL (*-λιση*); *XΓ* aliique multi *αποκλεισει* [*Γ* al. *-ησει*].

αρξησθε BאADL; αρξεσθε 69. 124. | *εξω σταναι και* om. א, sed supplevit corr. *A.* | *την θυραν* post *κρουειν BאAL;* om. *D.* | *κυριε BאL* 157; *κυριε κυριε AD,* quibus accedunt *TwoiXΓΔΛΠ* aliique plurimi. | *υμιν* post *ερει* graecorum qui nobis innotuerunt nullus omittit. | Verbis *ερει υμιν U* add. *οτι.*

26. *αρξεσθε B,* cui accedunt *EGHUVΛ* aliique permulti; *αρξησθαι = αρξεσθε אADL,* quibus accedunt *KMSTwoiXΓΔΠ* aliique plurimi.

λεγειν BאALΔ; D addit *κυριε.*

εφαγομεν ενωπ. σ. και επιομεν BאADL; εφαγωμεν EHR et *επιωμεν E.* Sed istae formae quid nisi calami lapsus exhibeant non video.

(B) . . . Sequentia Cur. Vercell. Cantabr. verterunt *quoniam multi dico uobis quaerent . . introire.* Alii aliter locum tractaverunt. Particulam *quia* praetulere Veron. Brix. Palat. Vindob. Monac. Corb. Redig. Sangall. Colb. et Vulg.; vocc. *dico uobis* commati praemisit Brix.; futuro *quaerent* praesens substituerunt Brix. Vindob. Monac. Corb. Sangall. Colb. et Vulg.; verbum *εισελθειν* aut non legit suo in cod. graeco aut omisit Veron.; denique *εισελθειν* non *introire* sed *intrare,* Brix. Palat. Corb. Redig. Sangall. Colb. et Vulg. reddiderunt.

ισχυσουσιν plurimis est *poterunt,* quod in Cur. et Redig. scriptum est *poterint.* Quod maxime mirum est *potuerunt* (Monac. Colb. ac teste Sabaterio cod. S. Mart. Turon.) forsan ex illa codicis *Δ* lectione *ισχυσωσιν* ea condicione explicetur, ut originalis textus habeatur *potuerint.* Cantabr. suum *ευρησουσιν* simpliciter vertit *inuenient.*

25. Plurimi codd. latini ab antiquissimis usque ad eos qui posterioris aetatis sunt Vercell. Cur. Brix. Vindob. Corb. Redig. Colb. Vulg. particula *δε* vel lecta vel suppleta vertunt *cum autem intrauerit paterfamilias.* Tres alii vero simplex quod legerunt *αφ ου* interpretantur *Ex quo,* et quidem eo discrimine, ut Veron. pergat *surrexerit p.,* Monac. *surrexit p.,* Palat. licentia quadam admissa *incipiet p. surgere;* quibus proxima dat Sangall. *a quo intrauerit p.* Cantabr. graecum suum vertit *ex quo p. introierit.*

αποκλειση Veron. Vindob. Monac. Cantabr. Redig. Vulg. *cluserit,* Brix. Corb. Sangall. et Colb. *clauserit;* compositum *adcluserit* praefert Vercell., quocum membranam Cur. uti saepissime consentit, ita hoc quoque in verbo consensisse suspicatus sum. Ex inchoata constructione Palat. pergit *cludere.*

Codd. nostri lectionem *αρξεσθε* sequentes aut si malueris *αρξησθε* liberius vertentes ad unum omnes interpretantur *incipietis* [Cantabr. sphalmate scribae *-entis*].

κρουειν την θυραν omittunt Cur. et Vercell.; vertunt *pulsare ostium* (varia de qua vidimus vocabuli scriptione utentes) Palat. Vindob. Corb. Redig. Sangall. Colb. Vulg.; singulari constructione intrusa Brix. *pulsaverit ostium.* Graecum lectionem suam Cantabr. sequitur.

Variae graecorum codd. lectionis, qua *κυριε* ab aliis simplex ab aliis duplex proponitur, in latinis quoque codd. nostris vestigia cernuntur. Simplex invenitur in Cur. Vercell. Palat. Redig. Corb. Colb. et Vulg.; duplex in Veron. Brix. Vindob. Monac. Cantabr. et Sangall.

Illud *υμιν* post *ερει* Cur. Vercell. Veron. Vindob. Monac. Redig. Corb. non legerunt; legerunt atque verterunt Brix. Palatinus [(u)nobis] Cantabr. Sangall. Colb. Vulg.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
angustum ostium. quia dico uobis multi querunt introire et non potuerunt. | [25]Ex quo surrexit paterfamilias et cluserit ostium. et incipietis foris stare et pulsare dicentes. dne dne. aperi nobis. et respondens dicet nescio uos unde estis . . . [26]Tunc incipietis dicere. manducauimus	gustam iauuam quoniam multi dico uobis quaerent introire et non inuenient [25]ex quo paterfamilias introierit et cluserit osteum et incipientis *[sic]* foris stare et pulsare dicentes dme dme aperi uobis et respondens dicet uobis nescio uos unde estis [26]tunc incipietis dicere dme manducauimus in	angustum hostium quia dico uobis multi queruut iutrare et non poterunt. [25]cum autem intrauerit paterfamilias et clauserit ostium et iucipietis foris stare et pusare ostium dicentes dne· aperi nobis et respondens dicens nescio uos unde sitis. [26]tunc incipietis dicere manducauimus coram te	gustu̅ | osteum· quia dico uobis· multi quaerent intrare· et uon poterint· | [25]Cum autem intrauerit pater familias. et cluserit osteum· et incipietis foris stare· et pulsare osteum dice̅tes Dne. aperi nobis· et respondens dicet. nescio uos unde estis [26]tunc incipietis dicere· manducauimus et	trare per angustam portam quia multi dico uobis quaerunt intrare et non poterunt [25]a quo intrauerit pater familias et clauserit hostium et incipietis foris stare et pulsare hostium diceutes dne dne aperi nobis et respondeus dicet uobis nescio uos unde sitis [26]tunc incipietis dicere manducauimus coram te	angustam portam. quia dico vobis. multi querunt intrare.⸗ et non potuerunt. [25]Cum autem intraverit paterfamilias et clauserit hostium suum.⸗ et incipietis foris stare. et pulsare hostium, dicentes Domine aperi nobis.⸗ et respondens dicet vobis. Nescio unde sitis: tunc incipietis dicere. Manducaui-	stam portam: quia multi dico uobis quaerunt intrare et non poterunt. [25]Cum autem intrauerit paterfamilias et cluserit ostium et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes Domine aperi nobis, et respondens dicet uobis Nescio uos unde sitis: [26]tunc incipietis dicere Manducauimus

(B) . . . Particulae recitativae *οτι* in latinis nostris codd. ullum vestigium non cernitur. Vocc. *ουκ οιδα υμασ* omnibus latinis sunt *nescio uos,* excepto Palat. qui habet *non noui.* Verba *ποθεν εστε* fere omnes latini regulari constructione observata vertunt *unde sitis.* Soli Monac. Cantabr. et Redig. indicativum tenent.

26. Lectionem *αρξεσθε* sequentes vel discrimine *αρξεσθε* inter et *αρξησθε* non facto latini codd. nostri omnes interpretantur *incipietis.*

Cantabr. *κυριε* suum latine reddit; reliqui omnes vocabulo carent.

εφαγομεν ενωπ. σ. κ. επ. lat. codd. nostri omnes exprimunt *manducauimus coram te et bibimus* [Corb. *uiuimus*], exceptis Cantabr. et Palat. qui ceteris paribus habent *in conspectu tuo* [Palat. om. *tuo*] et Redigerano, qui vocabula inter se traiicit *manducauimus et bibimus coram te.* De scriptione illa *uiuimus* pro *bibimus* cf. H. Roenschii libr. de Vulg. et It. p. 455, ubi inter alia simillimum *uiueritis* (*πιητε* Io. 6, 33) e cod. Cantabrigiensi citatum invenis.

και εν ταισ πλατειαισ ημων εδιδαξασ aequaliter omnes vertunt *et in plateis* [Vercell. *plataeis nostris*] *docuisti,* nisi quod Monac. false scribit *docuistis.*

Lectio Sinaitici, qua *λεγω* omittitur, tantum non tota codicum nostrorum serie confirmatur. Unico enim Sangall. qui habet *dicet dico uobis* excepto lat. codd. omnes scribunt *dicet uobis.* Quod Corb. habet *sed (dicet uobis)* pro *et (dicet uobis),* id lectionem codicis *S λεγω δε*, quae licet illi textui non plane respondeat, tamen similem oppositionis sententiam in se fert, in memoriam revocat.

Graeco in textu tres potissimum lectiones inter se litigare videmus, Vaticani *ουκ οιδα,* Sinaitici *ουκ οιδα υμασ,* Cantabrigiensis *ουδεποτε ειδον υμασ.* Vaticanum codices Veron. Vindob. et Redig. *(nescio),* Cantabrigiensem praeter latinum ipsius codicis *D* interpretem Palatinus *(numquam uidi uos,* Palat. *n. uos uidi),* Sinaiticum longa reliquorum series (Cur. Vercell. Brix. Monac. Sangall. Corb. Vulg.) qui habent *nescio uos* confirmant.

Verba *ποθεν εστε* Cantabrigiensis, cui Palatinus assentitur, non legit; eadem a Veron. Monac. Redig. Sangall. et Colb. vertuntur *unde estis,* a Cur. Vercell. Brix. Vindob. Corb. et Vulgata *unde sitis.*

Ubi *B* aliique ut videtur plurimi *αποστητε*, et *M* aliique pauci *αποχωρειτε* habent, ibi codd. latini nostri offerunt *discedite,* exceptis Cantabr. Corb. et Colb. qui *recedite* exhibent.

Verba *εργαται αδικιασ* sive quod *D* legit *ανομιασ* a latinis omnibus vertuntur *operarii* [Vercell. Palat. Cantabr. *-ri*] *iniquitatis;* exceptis codd. Brixiano et Vindobonensi relativam constructionem proponentibus: *qui operamini iniquitatem.* Redigeranus vero incertis ex fontibus addit quod Mt. 5, 22 legitur *in gehennam ignis.*

(C) **25.** Tertull. adv. Marcion. IV, 30: *Cum surrexerit, inquit, pater familiae . . . et cluserit ostium, utique excludendis iniquis, quibus pulsantibus respondebit: nescio unde sitis* [Roensch. l. l.]. Lucif. Cal. l. l.: *Cum exsurrexerit paterfamilias, et clauserit ostium, et incipietis foris stare et pulsare dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: et respondens dicet: Nescio vos unde sitis.* Eadem Ambros. de Cain I, 5 profert; nisi quod *intraverit* habet ac particulam *et* ante *incipietis* omittit. Faustus Man. l. l. *Cum autem intraverit paterfamilias, et clauserit ianuam, incipietis foris stare, et pulsare dicentes: Domine, aperi nobis: et respondens dicet: Nescio vos.* [Sab.]

26. 27. 28. Tertull. l. l.: *Et rursus enumerantibus quod coram illo ederint et biberint et in plateis docuerit, adiciet: recedite a me omnes operarii iniquitatis. Illic erit fletus et frendor dentium. Ubi? foris scilicet, ubi erunt exclusi. ostio cluso ab eo. Ergo erit poena, a quo fit exclusio in poenam, cum videbunt iustos introeuntes in regnum dei, se vero detineri foras.* [Cf. Roensch. l. l.]

26. Vulgatae consonat Lucif. Cal. pro S. Athan. 205. Faustus Man. ap. August. VIII, 464: *tunc incipietis dicere: Manducavimus et bibimus coram te, et in plateis nostris, et synagogis docuisti.* [Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
σου και επιομεν και εν ταισ πλα- τειαισ ημων εδι- δαξασ [27]και ερει λεγων υμιν ουκ οιδα ποθεν εστε αποστητε απ εμου παντεσ εργαται αδικιασ [28]εκει εσται ο κλαυθμοσ και ο βρυγμοσ των οδοντων οταν οψεσθε (η) αβρααμ και ισαακ και ια- κωβ και παντασ τουσ προφητασ εν τη βασιλεια του θυ υμασ δε εκ- βαλλομενουσ εξω [29]και ηξουσιν απο ανατολων και δυσμων και απο βορρα και νοτου και ανακλιθησον- ται εν τη βασιλεια	coram te et bibi⸗ mus et in plateis nostris docuisti [27]et dicet uobis nescio uos unde sitis disce*dit*e a me omnes operarii iniquitatis [28]illic erit fletus (oculoru̅) et stri⸗ dor dentium *cum* *uideritis a*bra*ham* *et isac* et iacob *et omnes* prophe⸗ tas *di̅·* *int*roeuntes *in reg*num di̅· uos *aut*em proici for(a)is [29]*et uenient* ab orie̅ | te et o*cci*- *dente et* ab aqu*i*⸗ *lone et au*stro et d*i*scum*bent* *in*	cora̅· | te et bibi⸗ mus et in plataeis nostris docuisti [27]et dicet uobis nescio uos unde sitis discedite a me omnes operari iniquitatis [28]illic erit fletus et stri⸗ dor dentium | Cum uideritis abraham et isac et iacob et omnes prophe⸗ tas di̅· introeuntes in regno di̅· uos autem proici foris [29]Et uenient ab oriente et occi⸗ dente et ab aqui⸗ lone et austro et discumbent in reg⸗	te et bibimus et in plateis nostris docuisti. [27]et dicet uobis nescio unde estis discedite a me omnes operarii iniquitatis [28]ibi erit fletus et stri⸗ dor denti̅ | Cum uideritis abraham et isac et iacob et omnes prophe⸗ tas introeuntes in regno di̅ uos au⸗ tem expelli foras [29]et uenient ab oriente et occi⸗ dente et aquilone et austro et re⸗ cu̅ |bent in reg⸗	conspectu et bibi⸗ mus et in plateis nostris docuisti [27]et dicet uobis numquam uos uidi discedite a me omnes operari ini⸗ quitatis [28]illic erit fletus oculorum et stridor dentium. | Cum uideritis ha⸗ braham et isac | Et iacob et omnes profetas in regno di̅ uos autem ex⸗ cludimini foras [29]et uenient ab oriente et occi⸗ dente et aquilone et austro et re⸗ cumbent in reg	te et bibimus. et in plateis nostris docuisti. [27]et dicet uobis. nescio uos unde sitis. disce⸗ dite a me omnes qui operamini ini⸗ quitate· [28]ibi erit fletus. et stridor dentiu̅· Cum ui⸗ deritis abraham et isaac· et iacob· et omnes prophe⸗ tas in regno di̅· uos autem expelli foras. [29]et uenient ab oriente et oc⸗ cidente· et ab aquilone et austro· et discumbent in	ram te et bibimus et in plateis no⸗ stris docuisti [27]et dicet uobis nescio unde sitis disce⸗ dite a me omnes qui operamini iniquitatem | [28]Ibi erit fletus et stri⸗ dor dentium cum uideritis abraham et isac et iacob et omnes prophe⸗ tas introeuntes in regno di̅. uos au⸗ tem expelli foras [29]et uenient ab oriente et occi⸗ | Dente et aquilone et austro et re⸗ cumbent in reg⸗

(A) 27. *λεγων B* cui accedit T^{woi}; *λεγω ARLΔ;* addit *δε* teste Tisch. *S.;* verbum omittit ℵ 225.

ουκ οιδα BRL quibus accedunt T^{woi} 157. 346; *ουκ οιδα υμασ* tum *ℵA* tum *ΧΓΔΛΠ* aliique unciales octo et e minusculariis 1. 33. 69. 124. quae lectio gravissimis Origenis atque Cyrilli testimoniis a Tisch. allatis fulcitur; *ουδεποτε ειδον υμασ D.*

αποστητε BℵADRLΔ; αποχωρειτε [e Mt. 7, 23] *M* aliique pauci.

αδικιασ BℵARLΔ; ανομιασ [cf. Mt. 7, 23] *D* et Tisch. teste *X* a Scrivenero coll. quibus accedunt Clementis, Justini Mart. Pist. Soph. atque Origenis testimonia.

28. Discrimine quod inter *βρυγμοσ* et *δρυγμοσ* [*Δ*] est latini codd. non tanguntur.

οψεσθε BD [*οψεσθαι*] *X.* 69. 124. 237. 346; *οψησθε ARL*T^{woi}*ΓΔΛΠ* corr. B^2 uti videtur et B^3 aliique plurimi; *ιδητε* ℵ et Marcion apud Epiphanium. Hos ev. Lucae locos a Marcione vehementius contrectatos fuisse notum est.

ισαακ BAT^{woi}*ΧΓΔΛΠ* aliique unciales 8 et corr. $\aleph^c$; *ισακ ℵDL.*

προφητασ ii quos novimus graeci codd. omnes; neque inter eos invenitur qui addat *θεου,* vel *εισερχομενουσ,* vel utrumque.

εν τη βασ. qui nobis innotuerunt graeci codd. omnes; *εισ την βασ.* nullus.

βασ. του θεου BℵDRLΔ; βασ. αυτου A. 86. et cod. Petrop. Nr. 2.

29. *BRL* aliique multi *και απο βορρα;* T^{woi} *απο βορρα; ℵADΧΓΔΛΠ* aliique plurimi *και βορρα.*

Verbum *ανακληθησονται* quod *R* et Tisch. teste *ΚΜΧΓΔ* aliique multi legunt vestigia sua latinis codd. nostris haud impressit.

(B) 28. *εκει* a Cur. Vercell. et Palat. *illic,* a Veron. Brix. Vindob. Monac. Cantabr. Redig. Corb. Colb. Vulg. *ibi,* a Sangall. paullo liberius quam assolet *ubi* vertitur.

κλαυθμοσ omnibus latinis est *fletus* excepto Cantabr. qui interpretatur *ploratus.* Illi autem vocabulo, Palat. nescitur unde, addit *oculorum,* quod quum pro efferendo membrorum parallelismo facere videretur tum a correctore codicis Cur. tum a scriptore Redigerani adhibitum videmus.

Latini codd. omnes lectionem *οταν οψησθε* sequentes habent *Cum videritis,* quibus vocc. Redig. inserit *autem.* Alios fuisse, qui lectionem *οψεσθε* sequerentur, ex adnott. patristicis haurias.

Plenam nominis *isaac* formam Brix. Monac. Redig. Sangall. et Vulg. praebent; *isac* Veron. Palat. Vindob. Cantabr. Corb.; *sahac* Colb.

prophetas di̅· Ita Vercellensis quem cum aliis in locis fere ad singulas syllabas cum Cur. consentire expertus essem in schedis meis illius in textum hic truncatum coniiciendo intuli *di̅·*

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
coram te et bibimus — et in plateis nostris docuistis· 27et dicet uobis nescio uos unde estis· discedite a me omnes operarii iniquitatis 28ibi erit fletus et stridor dentiu¯ | Cum uideritis. abraham et isaac et iacob. et omnes profetas introeuntes in regnu¯ d̄i· uos autem expelli foras. 29et uenient ab oriente et occidente et aquilone. et austro | Et recumbent in	conspecto tuo et bibimus et in plateis nostris docuisti 27et dico uobis nnmquam uidi uos recedite a me omnes operari iniquitatis 28ibi erit ploratus et stridor dentium cum uideritis abraam et isac et iacob et omnes prophetas in regno d̄ei uos autem eici foras 29et uenient ab oriente et occidentem et ab aquilone et austro et recumbent in	et uiuimus et in plateis nostris docuisti· 27sed dicet uobis nescio uos unde sitis recide a me omnes operarii iniqnitatis· 28ibi erit fletus et stridor dentium cum uideritis abraham· et isac et iacob· et omnes profetas introeuntes in regnum d̄i· uos autem expelli foras· 29et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et recumbent in	bibimus cora¯ te· et in plateis nostris docuisti et dicet uobis nescio unde estis· discedite a me· omnes operarii iniquitatis in gehennam ignis. 28ibi erit fletus oculorum. et stridor dentium cum autem uideritis abraha¯| et isaac et iacob. et omnes prophetas· introeuntes in regno (u¯) d̄i uos autem expelli foras 29et uenient ab oriente· et ab aqǐlo^ne. et austro	et bibimus et in plateis nostris docuisti 27et dico uobis nescio uos unde estis discedite a me omnes operarii iniquitatis 28ubi erit fletus et stridor dentium cum uideritis abraam et isaac et iacob et omnes prophetas in regno d̄i uos autem expelli uel expulsandos foras 29et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et recumbent in	mus coram te, & bibimus. & in plateis nostris docuisti· & in synagogis· 27Et dicet vobis· Nescio vos unde estis. recedite a me omnes operarii iniquitatis.⌐ 28ibi erit fletus & stridor dentium· cum videritis abraham & sahac & iacob et omnes prophetas introeuntes in regnum Dei· vos autem expelli foras· 29Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro.⌐ et recumbent in	coram te et bibimus et in plateis nostris docuisti. 27Et dicet uobis Nescio uos unde sitis: discedite a me omnes operarii iniquitatis. 28Ibi erit fletus et stridor dentium cum uideritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes prophetas introire in regno dei uos autem expelli foras. 29Et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accumbent in regno

(B) . . . *introeuntes* Verc. Cur. Veron. Vindob. Monac. Redig. Corb. Colb.; *introire* Amiat. (om. Sixt.); [*intrare* Fuld.]

in regno d̄i· Vercell. Veron. Brix. Palat. Vindob. Cantabr. Redig. [sed *-o* corr. in *-u¯*]. Sangall. Vulg.; *in regnum* Cur. Monac. Corb. Colb.

υμασ δε εκβαλλομενουσ εξω, quae communis est graecorum codd. lectio, Veron. Brix. Vindob. Monac. Redig. Corb. Colb. Vulg. vertunt *uos autem expelli foras;* Vercell. et Cur. *uos autem proici foris* [Cur. *-r(a)is*]; Cantabr. *uos autem eici foras;* Sangall. pro more duplicem versionem proponit *uos autem expelli uel expulsandos foras;* constructione mutata Palat. *uos autem excludimini foras.*

Vaticani lectionem *και απο βορρα* Vercell. Brix. Cantabr. Redig. atque uti videtur Cur. *[. . ab aq.]* sequuntur *[et ab aquilone];* Sinaitici *και βορρα* numero plures: Veron. Palat. Vindob. Monac. Sangall. Corb. Colb. Vulg. *(et aquilone).*

και ανακλιθησονται Cur. Vercell. Brix. et Palat. vertunt *et discumbent;* Veron. Vindob. Monac. Cantabr. Sangall. Corb. Colb. *et recumbent;* Vulgata *et accumbent;* Redig. omittit.

εν τη βασ. του θεου latini nostri omnes vertunt *in regno d̄i·* excepto Redigerano, qui habet *in regnum d̄i·* Quid Palatini scriba exarare voluerit non liquet.

(C) **27.** Lucif. Cal. et Faustus Man. ll. ll. codici Veron. consonantia praebent. Item Ambr. de Cain V, 192: *Et dicet vobis: Nescio unde estis.* Idem in ps. 1 et 118 atque in Luc. VII: *Non novi vos: discedite a me omnes operarii iniquitatis;* liberius paullo in ps. 37: *Discedite a me omnes quia non novi vos;* et in ps. 43: *Discedite a me omnes operarii iniquitatis: nescio vos.* Ambrosiaster col. 292: *Recedite me: non novi vos, operarii iniquitatis.* Hieron. in ep. ad Gal. IV, 271: *Nescio vos: recedite a me operarii iniquitatis.* Auctor op. imperf. in Mt. p. 138: *Discedite a me: nescio qui estis.* Gaud. Brix. p. 963: *Nescio vos: discedite a me in ignem aeternum, operarii iniquitatis* (quibus conferas, quae in cod. Redig. inveniuntur). [Sab.]

28. Iren. III, 8: *cum videritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes Prophetas in regno coelorum, vos autem proiici foras.* Lucif. Cal. l. l.: *Ibi erit fletus et stridor dentium: cum videbitis Abraham, Isaac ei Iacob et omnes Prophetas introeuntes in regnum Dei, vos autem expelli foras.* Eadem ap. Ambros. VIII in Luc. inveniuntur, nisi quod hic legit *cum videritis Abraham, Isaac et Iacob et omnes Prophetas in regno coelorum;* alibi, de fide l. III et V . . . *in regno Dei.* Quae Faustus Man. ap. August. VIII, 464 habet cum cod. Corb. plane consentiunt. [cf. Sab.]

29. Ambros. in ps. 118: *Venient ab Oriente, et Occidente, et ab Aquilone, et Austro, et recumbent cum Abraham in regno Dei;* idem de fide resurr. *Multi enim venient ab Oriente, et ab Occidente, et Aquilone, et Austro, et recumbent in regno Dei.* August. contr. mendac. VI, 462 atque alibi cum Vulgata concinit. [Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
του θυ̅ [30]και ιδου εισιν εσχατοι οι εσονται πρωτοι και εισιν πρωτοι οι εσονται εσχατοι ημε [31]εν αυτη τη ωρα ο προσηλθαν τινεσ φαρεισαιοι λεγον- τεσ αυτω εξελθε και πορευου εντευ- θεν οτι ηρωδησ θελει σε αποκτει- ναι [32]και ειπεν αυτοισ πορευθεν- τεσ ειπατε τη αλωπεκι ταυτη ιδου εκβαλλω δαι- μονια και ιασεισ αποτελω σημερον και αυριον και τη τριτη ημερα τε-	regno di̅· [30]et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui fuerunt nouissimi [31]eadem die ac= cesserunt quida̅| pharisaeorum di= centes illi discede et uade hinc quon= iam herodes uult te occidere [32]ipse autem dixit eis euntes indicate uulpi huic ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et die tertia consum=	no di̅ [30]et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui fuerunt nouissimi| [31]eadem die ac= cesserunt quidam pharisaeorum di= centes illi discede et uade hinc quon= iam herodes uult te occidere [32]ipse autem dixit eis euntes indicate uulpi huic ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et die tertia consum=	no di̅ [30]et ecce sunt *nouis*simi q*ui* *erunt* primi et *sunt* primi qui erunt nouissimi [31]In ipsa autem die ace̅sserunt quida | pharisaeo= ru̅ dicentes illi exi et uade hinc quia herodes uult te occidere. [32]Et ait illis ih̅s ite di= cite uulpi illi ecce eicio daemonia *et* *sani*tates *perfi*cio ho*die et* cras et tertia die co̅|	di̅. et ecce sunt nouissimi qui erant primi· et primi qui erant nouissimi. | [31]In ipsa autem die accesserunt ad eum quidam pha| Risaeis dice̅|tes exi et uade hinc quia herodes uult te occidere.| [32]Ille autem dixit illis ite et dicite uulpi huic ecce expello daemonia et curas perficio hodie et cras et tertio die consummabor.	regno di̅· [30]Etecce sunt nouissimi qui erunt primi. et qui sunt primi erunt nouissimi. [31]In ipsa autem die. accesserunt ad eum quidam ex pharisaeis dicen= tes illi. Exi et uade hinc. quia herodes uult te occidere [32]et ait illis ih̅s· Ite et di= cite uulpi illi· ecce eicio daemonia· et sanitates perFicio hodie et cras. et tertia die consum=	no di· [30]et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi [31]in ipsa die ac= cesserunt quidam dicentes illi exi et uade hinc quia herodes uult te occidere [32]et ait illis ite et dicite uulpi illi ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et seqenti consum=

(A) 30. Vaticano consonant *ℵAD[ειδον* pro *ιδου]RLΔ; X και ιδου εισιν πρωτοι οι εσονται εσχ. και εσονται εσχ. οι εσονται πρ.*

31. *εν αυτη BℵARLΔEGHS* ac plerique alii; *εν ταυτη DKMT*[woi]*Π* 63. 116. 157. | *εν αυτη δε GS* aliique pauci. | *ωρα BℵADRLX* aliiq. quindecim; *ημερα* corr. *B*[3]*T*[woi]*ΓΔΛΠ* unc. octo aliique plurimi.

προσηλθαν BDL; προσηλθον ℵARΔB[3] aliique plurimi. *προσηλθ. προσ αυτον* in iis quos habemus codd. graecis non invenitur. | *τινεσ φαρεισαιοι B* et [sed *φαρισ.*] *ℵARLΔ; φαρισαιων D.*

θελει σε αποκτειναι BℵAR[θελι σε αποκτιναι]L[θ. σ. αποκτεινε]Δ aliique plurimi. *E* cum grandi [sed incerto cf. Tisch. app. p. 603] evangelistariorum numero habet *μελει* [Alex. *μελλει*]; *D* aliique quinque *ζητει.*

32. *και ειπεν αυτοισ BℵADRLΔ* aliique ut videtur plurimi; *M* ac cod. 7 Petrop. ab Ed. de Muralt coll. *ο δε ειπεν αυτοισ; αυτοισ KΠ* aliique pauci omitt.; *X* Mus. Brit. a Scrivenero coll. add. *ο ισ̅.*

αποτελω BℵL 33. 124. Clem.; *αποτελουμαι D; επιτελω ARXΓΔΛΠ* uncial. octo et alii plerique.

τη τριτη ημερα B 56. 346 Orig.; *τη τριτη ℵADRLXΓΔΛΠ* uncial. octo aliique fere omnes.

(B) 30. In vertendo priore commatis membro codd. inter se consentiunt nisi quod Palatinus pro *erunt* habet *erant,* et Redig. vocc. *qui erunt* omittit; in altero plurimi graecum textum simpliciter reddunt, Cur. vero et Vercell. pro *erunt* habent *fuerunt,* similiterque Palat. omissa insuper particula *et* praebet *erant;* ac Brix. vocabulis inter se traiectis legit *et qui sunt primi erunt novissimi.* Et istud quidem levissimum; illae autem Palatini ac Vercellensis Curiensisque versiones ex alia textus graeci conformatione (*ησαν* pro *εσονται*) exortae esse videntur.

31. Prima huius versus vocc. Cur. et Vercell. vertunt *eadem die;* Vindob. Monac. Sangall. Corb. Colb. Vulg. *in ipsa die;* Redig. *ipsa die;* Cantabr. *in ipsa hora:* quae versio graecis eiusdem cod. vocabulis *εν ταυτη τη ωρα* non ad amussim respondet.

Quod plurimorum codd. est *τινεσ φαρισαιοι προσηλθ. λεγ. αυτω* nonnisi Sangall. verbotenus vertit: *accesserunt quidam pharisaei dicentes illi.* Latinorum nostrorum plurimi lectionem ab uno *D* servatam sequuntur *acc. quid. pharisaeorum dic. illi* (Cur. Vercell. Veron. Monac. Redig. Corb. Colb. Vulg.); voc. *pharis.* omittit Vindob.; vocem *illi* a participio *dicentes* ad verbum *accesserunt* attrahit Cantabrigiensis; vocc. *προσ αυτον* legisse videntur Brix. et Palat. (habent enim *accesserunt ad eum*) qui codices in sequentibus quoque eatenus inter se aequiparati sunt quod genitivum *φαρισαιων* circumscribunt *ex pharisaeis* (ita Brix.; Palat. *pharisaeis,* praepositione per manifestum scribae errorem omissa) nec nisi eo discrimine hoc in commate separantur, quod Brix. vertit *dicentes illi,* Palatinus vero atque Cantabrigiensis propterea quod interpretes satis habuerunt pronomina *illi* vel ad *eum* semel posuisse, nudum *dicentes* offerunt.

Verba *εξελθε και πορευου εντευθεν* omnibus codd. graecis communia latini omnes vertunt *exi et vade hinc,* exceptis Vercell. et Cur. qui interpretantur *discede et uade hinc.*

<table>
<tr><th>Monac.</th><th>Cantabrig.</th><th>Corbeiens.</th><th>Rediger.</th><th>Sangall.</th><th>Colbert.</th><th>Vulg. nova e c. Am.</th></tr>
<tr>
<td>regno d̄i· 30 et ecce sunt nouissimi qui erunt primi. et sunt primi qui erunt nouissimi | 31 In ipsa die accesserunt quidam fariseorum dicentes illi· exi et uade hinc· quia herodes uult te occidere — 32 et ait illis· ite dicete uulpi illi. | Ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras. et tertia die consummor —</td>
<td>regno d̄ei 30 et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi | 31 in ipsa hora accesserunt illi quidam pharisaeorum dicentes exi et uade hinc quia herodes quaeret te occidere 32 et dixit illis abeuntes dicite uulpi huic ecce eicio damonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia per=</td>
<td>regno d̄i· 30 et ecce sunt nouissimi qui eru̅ | primi et sunt primi qui erunt nouissimi· | 31 In ipsa die accesserunt quidam phariseorum dicentes illi exi et uade hinc quia herodes uult te occidere· 32 et ait illis ite dicite uulpi illi ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et sequenti consummabor· ite</td>
<td>in regnum d̄i 30 Et ecce suut· nouissimi· primi· et sunt primi qui erunt nouissimi 31 Ipsa die acceserunt quidam pharisaeorum dice̅ | tes illi· exi et uade hinc quia herodes uult te occidere. 32 Et ait illis· ite dicite uulpi illi ecce eicio daemonia· et sanitates perficio hodie et cras et sequenti die crucifigor</td>
<td>regno d̄i 30 et ecce sunt nouissimi qui erunt · primi et sunt primi qui erunt nouissimi 31 in ipsa die accesserunt quidam pharisaei dicentes illi exi et uade hinc quia herodes uult te occidere 32 et ait illis euntes dicite uulpi illi ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia con=</td>
<td>regno Dei. 3 Et ecce sunt novissimi qui erunt primi.⌐ & sunt primi qui erunt novissimi. 31 In ipsa die accesserunt quidam phariseorum dicentes illi. Exi, et vade hinc.⌐ quia Herodes vult te occidere. 32 Et ait illis ih̄s. Ite dicite vulpi illi. Ecce ego eicio demonia. et sanitates perficio hodie & cras.⌐ & sequenti die con=</td>
<td>dei. 3 Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi. 31 In ipsa die accesserunt quidam Pharisaeorum dicentes illi Exi et uade hinc quia Herodes uult te occidere. 32 Et ait illis Ite dicite uulpi illi Ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia consummor.</td>
</tr>
</table>

(B) . . . Pharisaeorum de Herodis consilio effata *ϑελει σε αποϰτ.* latini codices omnes reddunt *uult te occidere;* graecam suam lectionem *ζητει* Cantabr. interpretatur *quaeret,* qua forma non futurum, sed praesens tempus indicari in propatulo est. Notarius enim qui, quod in eodem codice supra (v. 25) vidimus, secundum vulgarem pronuntiandi modum *osteum* scripsit pro *ostium,* is facili errore inductus existimabitur scripsisse *quaeret* ubi scribere debebat *quaerit.* Quae suspicio eo certius in eum conferetur quia in eadem pericopa v. 15 praesens *λυει* interpretatus est *soluet.* Lectionis *μελει* vel *μελλει* in latinis nostris vestigium quodpiam non animadverti.

32. Secundum varias quas supra vidimus graecorum codd. lectiones *ϰαι ειπεν* et *ο δε ειπεν* duo potissimum hic versionum genera sunt discernenda, alterum: *Ipse autem dixit eis* (Cur. Vercell.) vel *Ille autem dixit illis* (Palat.); alterum: *Et dixit illis* (Cantabr.) vel *Et ait illis* (Vindob. Monac. Redig. Sangall. Corb. Vulg.) vel *Et ait illis ih̄s* (Veron. Brix. Colb.).

πορευϑεντεσ aliis est *euntes* (Cur. Vercell. Sangall.) vel *abeuntes* (Cantabr.); aliis *ite* (Veron. Monac. Redig. Corb. Colb. Amiat.) vel *ite et* (Brix. Palat. Vindob. Sixt.).

ειπατε omnibus est *dicite* exceptis Cur. et Vercell. qui offerunt *indicate.*

αλωπεϰι ταυτη vel *uulpi huic* (Cur. Vercell. Palat. Cantabr.), vel *uulpi illi* (Veron. Brix. Vindob. Monac. Corb. Redig. Sangall. Colb. Vulg.)

ιδου εϰβαλλω δαιμονια omnibus latinis nostris est *ecce eicio daemonia* [Monac. Corb. Colb. *dem.,* Cantabr. *dam.*], excepto Palatino, qui vertit *ecce expello daemonia.*

ϰαι ιασεισ αποτελω vel *αποτελουμαι* vel *επιτελω* codd. nostri omnes interpretantur *et sanitates perficio,* nisi quod idem Palatinus singularem praebet versionem *et curas perficio.*

Vaticanam lectionem *τη τριτη ημερα* sequuntur Cur. et Vercell. *(die tertia)* Veron. Brix. Monac. et Sixt. *(tertia die)* ac Palat. *(tertio die)*; Sinaiticam *τη τριτη* Cantabr. Sangall. Amiat.; circumscribunt illam Redig. et Colb. *(sequenti die),* hanc *(sequenti)* Vindob. Corb. Sed qui circumscribunt, iidem totum comma sequens omittunt.

τελειουμαι plurimi *consummor* vertunt: Cur. Vercell. Veron. Vindob. Monac. Sangall. Colb. Vulg.; *consummabor* Brix. Pal. Corb.; *perficior* Cantabr.; *crucifigor* Redig.

(C) 30. Illius de qua supra diximus lectionis quasi historicae vestigium apud August. in ps. 118 Opp. tom. IV, 1333: invenimus: *Et ecce sunt novissimi qui erant primi et sunt primi qui erant novissimi.* Eundem vero alteram quoque, quam Vulgata offert, lectionem cognovisse libro contr. mendac. t. VI, 462 instruimur. [cf. Sab.]

32. Iren. IV. 41: *Dicite vulpi huic;* quod supra in Cur. aliisque invenimus. Ambros. in ps. 118. col. 1090 [ed. Ven. III, 334] e memoria, ut videtur: *Dicite huic vulpi. de Herode ait:* sed ib. col. 981 [ed. Ven. III, 237] *Ideo de Herode dicitur: Ite, dicite vulpi illi,* idemque col. 1113 [ed. Ven. III, 355] *De quorum uno ait Dominus Iesus: Ite, dicite vulpi illi. hoc est, de Herode:* quae lectio Veronensis aliorumque est. Fusius, sed non ex aperto volumine locum Ambr. recitat ep. 23. col. 882 [ed. Ven. VI, 72]: *Ite dicite illi vulpi: ecce eiicio daemonia hodie et cras sanitates perficio. et sequenti consummor die:* ea enim verborum inter se translocatio rhetoris est, non evangelistae. [cf. Sab.]

Cod. Vatic.	Fragm. Curiensia.	Cod. Vercell.	Veron.	Palat.	Brixian.	Vindobon.
λειουμαι [33]*πλην* *δει με σημερον και* *αυριον και τη* *εχομενη πορευε-* *σθαι οτι ουκ ενδε-* *χεται προφητην* *απολεσθαι εξω* *ιερουσαλημ* [34]*ιε-* *ρουσαλημ ιερου-* *σαλημ*	mor [33]sed oportet me hodie et cras et in futurum quon= iam no¯ oportet propheta¯ | perire extr*a hieru*salem [34]hierusalem hie= rusalem	mor [33]sed oportet me hodie et cras et in futurum quoniam non opor= tet prophetam perire extra hie= rusalem | [34]Hie= rusalem hierusa= lem	summor · [33]abite quia non oportet prophetam perire extra hierusalem | [34]hierusalem hie= rusale¯	[33]uerumtamen o= portet me hodie et crastino se= quenti abire quon= iam et possibile profeta perire ex| Tra hierusale¯· [34]Hierusalem hie= rusalem	mabor [33]uerum= tamen oportet me. hodie et cras. et sequenti ambu= lare. quia non est possibile prophe= tam perire extra hierusalem. [34]hie= rusalem. hierusa= lem	mor [33] . . . quia non | Capit pro= phetam perire extra hierusalem | [34]Hierusalem hie= rusalem

(A) **33.** *πλην — εχομενη πορευεσθαι BARLΔ* [sed *πορευεσθε*]; ℵ om. *σημερον και; ℵDΔ* 69. 131. 157. 433 aliique plus decem *ερχομενη.* Totum comma, transsilientes ab *αυριον* v. 32 ad *αυριον* v. 33, omittunt 69. 80. [69 Leicestrensis saec. XIV; 80 quondam I. G. Graevii, etiamnum in Hollandia, saec. XI. cf. Tisch. Nov. Test. ed. VII maj. Prol. CCI].

(B) **33.** *πλην* Curiensi et Vercellensi est *sed;* Brix. Palat. Monac. Sangall. Vulg. et correctori cod. Redig. *uerumtamen;* non legerunt in graecis Veron. Vindob. Redig. Corb. et Colb.

δει με σημερον και αυριον vertunt *oportet me hodie et cras* Cur. Vercell. Brix. Palat. [sed *crastino*] Monac. Cantabr. Sangall. Vulg. [*oportit* corr. Redigerani]; non invenerunt in graecis iidem, quos *πλην* haud legisse dixi.

et in futurum Cur. et Vercell.; *et sequenti* Brix. Palat. [sed om. *et*] Monac. Sangall. Amiat. [Sixt. add. *die*]; *et uentura* Cantabr.; reliqui quos dixi omittunt.

Monac.	Cantabrig.	Corbeiens.	Rediger.	Sangall.	Colbert.	Vulg. nova e c. Am.
33ueru͞ tamen o= portet me hodie et cras. et se= quenti ire. quia non capit profe= tam perire extra hierusalem· — 34Hirusalem· hie= rusalem·	ficior 33uerum= tamen oportet me hodie et cras et uentura abire quia non oportet perire prophetam extra hierusalem 34hie= rusalem hierusa= lem	quia non capit prophetam perire extra iherusalem | iherusalem iheru= salem	ueru͞ tamen oportit me odie et cras et sequenti ambulare Ite· quia non capit prophe= ta͞ | perire extra hierusalem· 34Hie= rusalem· hierusa= lem·	summor 33uerum= tamen oportet me hodie et cras et sequentiambulare quia non capit prophetam perire extra ierosalem | ierosalem ierosa= lem	summor. 33Vadite· quia non capit prophetam perire extra Jerusalem. 34Jerusalem Je= rusalem	33Uerum tamen oportet me hodie et cras et sequenti ambulare quia non capit prophe= tam perire extra Hierusalem. 34Hierusalem Hie= rusalem

(B) . . . *πορευεσθαι* non legerunt Cur. Vercell. et Vindob.; legerunt atque interpretati sunt *ambulare* Brix. Monac. Vulg., *abire* Palat. et Cantabr., *ire* Monac.; *πορευεσθε* legit, sed vertit *ambulare* Sangall.; idem legerunt atque vertunt *ite* Redig. et Corb., *abite* Veron., *vadite* Colb.

οτι Cur. Vercell. et Palat. vertunt *quoniam,* reliqui omnes *quia.*

ουκ ενδεχεται non oportet Cur. Vercell. Veron. Cantabr.; *non est possibile* Brix. Palat. [*et* sphalmate admisso pro *est,* uti statim *profeta* pro *profetam*]; *non capit* Vindob. Monac. Corb. Redig. Sangall. Vulg. Quam phrasin notabilem quae ex notione *capiendi* qualis in Ovidiano illo versu invenitur *ardet et iram non capit ipsa suam Procne* i. e. irae suae non potens est, mihi videtur esse derivanda, Tertulliani aevo ac tempore posteriore apud latinos in usu fuisse allata longa exemplorum ex eius scriptis atque ex vetere Irenaei interpretatione latina collectorum serie Roenschius in libro de Vulg. et It. p. 351 docet.

(C) 33. Praeter tres illas, quas modo vidimus vocabulorum *ουκ ενδεχεται* versiones quartam accipimus ab anonymo auctore lib. de promiss. II. 22. p. 148: *non expedit mori prophetam extra Ierusalem.*

Quae hucusque scripsimus si quis legendo non defatigatus percucurrerit, eum quum multa ad constituendum Novi Testamenti textum graecum facientia, tum complura momenta diiudicandae ei, quae inter singulos eiusdem codices ab altera parte latinos ab altera graecos est, rationi inservientia deprehendisse nobis persuasum habemus, e quibus ea quae gravissima sunt ad certas quasdam classes videntur esse revocanda.

Inter quae principalem locum obtinet, quod ex ea, quam proposuimus, simplici textuum compositione de critica fragmentorum *Curiensium* indole concludendum est. Ea enim iis in locis, quorum textus in cod. *Vercellensi* conservatus est, paucissimis et quae exigui valoris sunt exceptis isto cum codice verbotenus consentire ipsis oculis vides. Unde sequitur, vel utrumque codicem uno ex fonte derivatum esse, vel codicem qui fuit *Curiensem* e codice *Vercellensi* esse exscriptum. Quod si verum est, vix dubitaveris quin eos fragmentorum Curiensium locos, in quibus pretiosissimus ille codex Vercellensis mutilus est, commodissime ad faciendam illius completionem vel redintegrationem adhibeas. Porro si quis, quae solennis hominum eruditorum quaestio est, sciscitatus fuerit, num fragmenta *Curiensia* cum hoc illove codice graeco antiquo arctius cognatus sit quam cum reliquis, eius rei definiendae sat largam materiem in adnotationibus sub A et B congestis exstructam inveniet. Quam si labori non parcens ita rimaberis, ut tabellas ad antiquissimos septem codices graecos *V. ℵ. A. C. D. R. L.* spectantes conficias, quae tum istorum cum textu *Curiensi* consonantias, tum ab eodem dissonantias exhibeant, cod. *Curiensem* in loco Luc. 11, 11—29 mecum reperies cum nullo ad amussim consonare, sed vel a cunctis vel ab hoc illove dissonare. A cunctis enim in locis 21 dissentit, praeterea a singulis in locis 28; et a singulis quidem ita, ut *Vaticanum* 18, *Sinaiticum* 16, *Alexandrinum* 13, *Ephraemi Syri* 16, *Cantabrigiensem* 14, *Londinensem rescriptum* 11, *Parisiensem L* 19 in locis deserat, reliquis vero in locis singulos sequatur. Quae cum ita sint, codicem Curiensem, nulli plane respondentem, ab uno alterove propius distare, quam a reliquis, absque erroris periculo dici vix poterit.

Altero loco, quod ad specimina reliquorum qui sunt codicum latinorum iuxta textum *Curiensem* positarum refertur, licet nonnisi exiguae evangeliorum particulae hic prostent, quis non perspecta critica quae inter illa est ratione omnino ad cognoscendam antiquissimarum s. scripturae versionum naturam aliquantum evehitur? Naturam dico tum primigeniae qua fruebantur formae indolem, tum singularem quam saeculorum progressu expertae sunt efformationem. Atenimvero insignem illam codicum latinorum varietatem, ex ipso parallelo textuum conspectu elucentem atque in adnotationibus criticis secundum documenta enucleatam, quae ita comparata est, ut ne unus quidem alteri plane coaequetur, quomodo facilius reique ipsi accommodatius explicabis quam primum quidem analoga varietate codicum graecorum, secundum quos illi facti sunt, in medium vocata, deinde, ubi graeci codices inter se concordant, varietatem latinam quomodo melius enodabis, quam pensitata varia graecorum vocabulorum indole, qua factum est, ut alia pro simplicitate sua nonnisi unicam admitterent interpretationem, alia pro innata difficultate vel accedente raritate varias variorum interpretum versiones non modo concederent, sed etiam excitarent? Quarum rerum ut exempla proponam: quia alii codices graeci habent *αυτω επιδωσει*, alii *επιδωσει αυτω*, *Curiensis* et *Vercellensis* legunt *illi porriget*, *Veronensis porriget ei*; quia verba *αντι ιχθυοσ οφιν*, quae omnes graeci exhibent, simplicissima sunt et dilucidissima, omnes latini excepta scribendi varietate unicam proferunt versionem *pro pisce serpentem*; denique quia vox *ερημουται* variabilem continet notionem, ab aliis interpretibus latinis versa est *deseretur*, ab aliis *desolatur* sive *desolabitur*. Ita, quod magni valoris est, originario antiquissimorum codicum latinorum textu prima post peractam evangeliorum scriptionem tempora nobis repraesentari videntur, quibus ubi coetus aliquis hominum latinorum ad stabiliendum cultum christianum promovebatur, idem s. scripturae exemplaria graeca qualiacunque possidebat pro viribus latino sermone vestienda curavit.

Sed ipsis fragmentis *Curiensibus* a prisco illo aevo ad tempora licet vetustissima sint tamen nobis propiora revocamur, quibus quae latinitate donata atque usui ecclesiastico tradita erant a latinis tanquam quae sibi propria essent tractabantur, ita ut eadem fere quae libris inde ab origine latinis accidebant, experirentur. Latina enim exemplaria dum denuo scribebantur, varia transscriptionis pericula subibant; textus scripti perlustrabantur, emendabantur, ubi opus fuit complebantur, ubi visum est perpoliebantur vel notis additis explicabantur: quarum rerum luculenta exempla tum in duplici quam supra dedi *Curiensium* fragmentorum editione oculis proposita tum in adnotationibus criticis tractata vides. Cuius generis alia phaenomena quum in nullo reliquorum qui supra prolati sunt codicum desiderantur, plurima in *Colbertino* inveniuntur, qui tantam lectionum variarum cultiorem linguae latinae usum prodentium solus offert, ut fieri nequeat, quin veterem quem continet textum ab eius scriptore ad regulas latinae grammatices subactum esse iudicemus. Neque vero alios defuisse viros ecclesiasticos, qui scribendo textu latino occupati ad comparandum textum graecum progrederentur, codd. *Cantabrig.* et *Sangall.* testantur, quorum quis fuerit character vel ex iis, quae supra positae sunt, librorum particulis lectori sollerti elucebit.

Denique *Patrum testimonia*, praeterquam quod multiplicem quem ecclesia exercuit evangeliorum usum confirmant, quatenus passim tum lectiones, quae in textibus mss. non inveniuntur, suppeditant (cf. p. 19 et 39), tum ad patriam eorum quibuscum consonant codicum definiendam nonnihil afferre videntur (cf. p. 35), apparatum criticum duplici ratione augere manifestum est.

Sat largam igitur messem agellus iste nobis protulit.

Ceterum p. 3,1 legas SERR pro SERP | p. 4,7 ILLO pro EO | p. 6,18 DI INT pro INT | p. 12(A)11 *ονουνον* mutata altera syllaba | p. 14,17 *εζητουν* | ib. 18 quaerebant | p. 16,4 a marg. infer. Particulam | p. 17,5 a marg. infer. *dei ego* | p. 23,(B)11 *γεινεται*.

MARBURGI. — Typis Ioannis Augusti Kochii.

REGNO DEI ET ECCE
NOUISSIMI QUI ERUNT
PRIMI ET SUNT PRIMI
QUI ERUNT NOUIS
SIMI. EADEM DIE
ACCESSERUNT QUIDA[M]
FARISAEORUM DI
CENTES ILLI DISCEDE
CIUITATE HINC QUONI
AM HERODES UULT
TE OCCIDERE ET AIT
[illegible] EUNTES
INDICATE UULPI HUIC
ECCE EICIO DAEMONIA
[illegible]
HODIE ET CRAS ET DIE
TERTIA CONSUMMOR
SED OPORTET ME
[illegible]
[illegible] ONI [illegible]
OPORTET PRO[illegible]
[illegible]
[illegible] [H]IERUS[ALEM]
[illegible]

(Mo.